

esse neces-
tatez su-
ioribus.
nde nō
dicedū
supiora
causa
e. licet
nt signa
erum.
¶ q̄s
eps.
sulfuisse.
ota pro
lo ofilio
unri siue
ciat ar-
em siue
on. sic p
la voca
ōne pu-
itur quā
ocat de
cum ad
dicium

oculū. Nulla auctāciōz a serōne qua ez-
bui. Nā puenire ista ad noticiā demonū
p nonnulla ec expmētā p̄tū ē. Sed vtrū
signa quedaz dent ex corpore cogitātiū
illis sensibilia nos aut latētia an alia visibi-
rituali ista cognoscant. ā difficillie p̄t ab
hōmibz ā omnino nō p̄t inueniri.

¶ Quid autēz sortilegiā diuini si-
cessare noluerit et cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p̄bat.
¶ Est enī quoddā genus cultuz
re ydoloꝝ ex demonū ofultacōibz futuz
ra p̄dicere. Picut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmo impendit y doloꝝ cultoz ab
ap̄lo noiatur. sic illi qui futura que ex di-
oraculo nōnunquam reuelata inueniūt
vel demonū ofultacōe uel q̄buslibet p̄sti-
gnis inuenire laborāt. diuinitatū iua cre-
aturis attribuiūt. futura enī p̄scire solius
dei ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

caplo. xxx. **Sacris offici-**

Non oportet, **uincantur**
sacris officiis de ditos
gicos vel incatatores existē.
lateria q̄ aiaz suaz viculas
aut q̄ talibz rebus vtūtur pro
iustissimus. **¶** Itē ex oclio tole-
pitulo. xxx. **Honore prauit**

¶ Quis **gos vel aurul**
eps aut presbr ā diacon
libet de ordinibus deicoꝝ ar-
catatores ā ariolos ā cte aug-
nilegos vel q̄ p̄fitētur artē ma-
eoꝝ filia exercētes cōsultasse
fuerit. ab honore dignitatis
mōsterij curā excipiat. ibiqz p
tue de ditus scelus admittuz sa-
uat. **¶** Itē ex agathēsi cōclio.

exendi do. aut. **pre ex.**



IX. B. 5. 315.

45.

Sod

~~IX. B. 5. 315.~~

~~XXVIII. 9. 00~~

3.7. Georg Selenberg'sche Buchh. in Göttingen 1690.




In hoc Libro continentur

	fol.
1. Duæ orationes. Dn. Sigism. Fneckelthusy.	1.
2. Schmücky Synopsis in Jus Canonicum.	5
3. Gothofredi Reuteri disput. ad. L. diffamari.	13.
4. Disputat. Johannis Stucky de rescind. vendit.	41.
5. Disp. Schmücky De Servitut. Urb. et Rust. Præd.	63.
6. Disp. D. Johann. Böhmj. De Pommiõ.	77.
7. Joh. Böhmj De Litis denunciacione.	87.
8. Joh. Böhmj De Primarijs retinenda possessionis Interdictis.	106.
9. Böhmj De Commodato.	112.
10. Disp. Joh. Schwendendorff. De Jurisdictione.	139.
11. Disp. Sigismundi ^{mandata} Fneckelthusy De Jure Sepulturae.	148.
12. Decas questionum Judicialium.	175.
13. Johann Kennenpfeifer de Mutuo.	219.
14. David Imneri disputatio de Naturalibus, Substantialibus et Accidentalibus Contractuum.	229.
15. Disp. Henningi Grossij de Defensione necessaria.	307.
16. Disp. D. Conradi Carpzovij de Probationibus.	333.
17. Gust. Disp. de Esione Jurium.	365.
18. P. Michaëlis Ledererij disp. de Felonia.	373.
19. Disp. Riemerij de Mora Etimj.	381.
20. Disp. Joh. Spenij de Jure Arresti.	389.
21. Henningj. Grossij. disput. de Jurisdictione.	411.
22. De Jure Pignoris. et Hypothecar.	423.

3. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70.



| | | |
|-----|---------------------------------------|------|
| 24. | De Exceptionibus. | 455. |
| 25. | De Homicidio. | 463. |
| 26. | De Sententia Definitiva. | 481. |
| 27. | De Captivitate seu Occupatione Belli. | 497. |
| 28. | De Militari Testamento. | 529. |
| 29. | De Tertio Interueniente. | 541. |
| 30. | De Mandato. | 555. |



13.
3

SYNOPSIS
IN FUS CANONICUM
DECRETUM,
DECRETALES, ET
RELIQUAS EIUS
PARTES,


Non solum originem, historiam, va-
rietatem, progressum & incrementum ejus ape-
riens; sed & singulorum voluminum per singulas horum Se-
ctiones & Libros, librorumq; titulos, Scopum & summas, nec non
connexiones eorundem tam in genere, quam specie pro ju-
vanda memoriâ dilucidè monstrans,

Adornata

OPERA AC STUDIO

VVILHELMI SCHMUCKII Sulâ-Henne-
bergici, U. J. D. & Pandectarum Professoris in Acade-
mia Lipsiensi.

Cum Privilegio S. Cas. Majest.



LIPSIÆ,

Impensis Zachariæ Schüreri, & Matthiæ Götzii.

Anno

M. DC. XXXI.



IN FUS CANONICUM
DECRETUM
DECRETALIS
PARTES

Non solum originem, historiam, va-
rietatem, progressum & incrementum eius ap-
tius, sed & ipsius voluminum per singulas partes
titulos & libros, capitula, titulos, sectiones, & nos
connectione committit tam in genere, quam specie pro-
vanda memoranda dilucide monstrant.

Admodum

OPERA AC SCRIPTA

VILHELMUS JOHANNES DE SOLA-HENN

Magister, U. J. D. & Pandectarum Professor in Acad-

em. Friedrichs-Universität

LIPSIÆ

Impensis Zacharischmiedel & Müllers

M. DC. LXXXI





Illustrissimo, Celsissimoq; Principi, ac Domino,

Dn. IOHANNI CASIMIRO;
 Duci Saxoniae, Iuliae, Cliviae, ac Montium, Land-
 gravio Thuringiae, Marchioni Misniae, Comiti in
 Marca, & Ravenspurg, Dynastae in
 Ravenstein, &c.

Domino suo gratiosissimo,



A B eo tempore, Princeps Illustrissime, quo Celsitudi-
 nem T. in natali meo solo, quod Sula Hennebergorum est,
 primò vidi, Eandem in hunc usq; diem in oculis meis ferre non
 destiti. Et quamvis sæpius in animo habuerim, me subjectissi-
 mo studio Illustrissimæ Celsitudinis Tuæ semper observantis-
 simum propius ostendere: Cui proposito meo sanè præbere,
 poterat ansam notitia & consuetudo, quæ mihi olim cum Tuæ
 Illustriss. Celsitud. Consiliariis intercessit non vulgaris, quorum quasi familiam
 etiam nunc ducit Vir Amplissimus ac Consultissimus, Dominus Ernestus Foman,
 percelebris Juris utriusq; Doctor, & Illustrissimæ Aulæ Tuæ Cancellarius dignissi-
 mus, ut quem unà cum Viro Spectatissimo Gravissimoq; Domino Johanne Later-
 mano, Celsitudini Tuæ à Rationibus Quæstoriis vigilantissimo, inde usq; ab eo
 tempore, quo in Illustri Gymnasio Schleusingensi literas græcè & latinè unà doce-
 bamur, intimè novi: Tamen ut quasi in conspectum Illustrissimæ T. Celsit. prodi-
 rem, nescio satis quæ verecundiæ religio me hætenus retraxit. Verum enim verò
 cum honesti conatus ea sit Conditio, ut in omnes occasiones sese exerendi intentus
 esse soleat; Hinc verecundiam illam cum submissa fiducia temperans animum re-
 cepi, & hoc ipso tempore, quo ad mandatum ac voluntatem Serenissimi & Poten-
 tissimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Ducis Saxo-
 niæ, Iuliae, Cliviae, ac Montium, Imperii Archimarschalli ac Septemviri, nec non
 Burggravii Magdeburgensis, &c. Domini mei Clementissimi, Lutheranae Religio-
 nis Assertoris & Custodis unici, Lipsia nostra in Illustrissimæ Tuæ Celsitud. præsen-
 tia pro tuenda conservandaq; puritate Evangelica in Confessu Summorum Imperii
 procerum ac statuum, jamjam Eleusinia Evangelica celebrat, apud me constitui,

);(2

conz-

EPISTOLA DEDICATORIA.

●onatum meum diu præmeditatum tandem effectui dare. Quare cum annus jam sit, & eo amplius, quo Synopsin meam in Jus Civile publici Juris fecerim, simul etiam animadverterim, gratum laborem illum esse plerisq; Juris studiosis, imprimis verò iis, qui singulari aviditate cognoscendi Juris nostri Generalia, proram & puppim Legalis Scientiæ, ducuntur; Periculum itidem in Jure Canonico feci, & non absimili Synopsi illud adornavi. Hæc ut à morsibus Theoninis tuta sit & immunis evadat, simulq; subjectissimum affectum meum ac studium erga Illustriss. Celsit. T. declararem, non potui, quin Eidem hanc Synopsin submisso animo dedicarem ac inscriberem, hac spe fretus fore, ut sub hoc miræ Justitiæ Clypeo ac virtutum heroicarum promo condo nihil quicquam ea sit acceptura detrimenti. Illustrissimam autem Celsitudinem Tuam demisso animo rogo, hoc ut, quicquid est, pro suo in literatos gratiosissimo favore serena fronte quæso recipiat. DEUS Opt. Max. Celsitudinem T. Illustriss. ad Nestoreos annos usq; salvam & incolumem, felicem, florentemq; conservet, tueatur, ac contra omnis generis adversitates fortissimè defendat. Dabantur Lipsiæ, die 10. Febr. Anno 1631.

Illustrissima T. Celsitudinis

Subjectissimus

Wilhelmus Schmuck U. J. D.
& Pandectarum in Academia Lipsiensi Professor.

Ad

Ad Benevolum Lectorem.



*V*ides, Lector Benevole, me stare promissis ante annum, cum ederem Synopsin Juris Civilis, tibi factis, fore nimirum, ut idem tentarem in Jure Canonico, quod tunc exhibebam in Jure Civili, dummodo labor ille qualiscunq; tibi placeret. Tacuisti, ergo & annuisti, comprobans insuper hoc meum studium frequente Synopseos illius coemtionem. Ur sit me praterere a publica sponsio, quam me tum Reipublica, licet non acceptanti, itentidem obligavi; Cum omnis istiusmodi pollicitatio ex solius offerentis promisso, scis, satis superq; firma sit. Quae igitur mea fuit intentio, qui labor, qui modus, quae forma ac methodus adhibita in Synopsi mea Juris Civilis; ea omnia secutus ad amussim sum in hac Juris Canonici Synopsi, idq; per ejus potissimas partes Decretum & Decretales: Nam reliqua istius Juris Volumina, quia eodem sunt concinnata filo ac ordine per singulos eorum libros ac rubricas sive titulos, easdemq; materias ac negotia complectuntur, quae priora illa duo primaria; ideoq; in illis ingratis Crambenbis ponere supervacaneum duxi. Si quaeris, amice Lector, quid ad hunc laborem me compulerit amplius, scito, eum unice mihi extorsisse studium ac ardorem innatum suppetias eundi Studiosis Legalis scientiae, & inter illos non equidem, qui dum vix Cortices Jurisprudentiali lambere coeperunt, vixq; primis labris eam degustarunt, se proripiunt in forum, praclare secum actum,

): (3

sibi

P R E F A T I O

sibi persuadentes, si cruda sua & tumultuaria notitia bonam causam cum maximo clientum dispendio sæpè perdere noscuntur: Non illis, inquam, hic amaracus, ut est in proverbio, spirat, sed his operam meam nuncupo pariter & mancipio, qui quo ad ejus fieri potest, & quantum in illis est, solidam Juris Scientiam ex intimis ejus penetralibus haurire summo conatu toti sunt occupati, ut aliquando majori cum fiducia studiorum suorum, & feliciori diplomate ad praxin excolendam properare queant. Quantum enim lumen hujusmodi Synoptica doctrina studiosis afferre soleant; norunt hoc præ cæteris, quibus suavis fidelium manuductorum suorum cura cordiq; sunt Generalia Juris in ingressu studii sui rectè penitusq; percipienda. Horum enim cognitio per singulas materias ac Juridica negotia sparsa est, quaq; nemo carere potest, quicumq; verà profundamq; in qualibet Juris parte doctrinã rimari discupit. Etenim quod Aristoteles humana sapientia sagacissimo indagator in suis nunquam satis laudatis scriptis sæpius hisce verbis inculcat: Δεῖ πρῶτον ἀπὸ τῶν καθόλου κινεῖσθαι καὶ ἐκείθεν, hoc est, oportet ab his, quæ generalem ac communem doctrinam continent, progredi ad ea, quæ sunt magis specialia; Hoc equidem usq; ad eò factu necessarium est, sicut in omnibus aliis scientiis ac Disciplinis Superioribus, ita & in Jurisprudentia nostra, ut qui banc & docendi & discendi viam negligit, & insuper habet, se ipsum, & quod in illa querit, neglexisse certo sit certius. Et hoc est illud, quod Justinianus Imperator in suarum Institutionum frontispicio omnium oculis & auribus patere voluit, ut primò levi ac simplici via, post deinde diligentissima ac exactissima interpretatione singula Juris Tyrones persequantur & investigent, ne si statim initio rudem adhuc & infirmum suum animum multitudine

dine

AD LECTOREM.

dine ac varietate rerum oneraverint, duorum alterum experiri cogantur, aut desertores legalis studii fieri, vel cum magno labore, sapere etiam cum diffidentia serò nimis ad id pervenire, ad quod cognitione Generalium, & sic leviori ac faciliori via citius duci potuissent. Atque hoc egregiè quadrat, quod prudenter olim monuit ex veteribus Juris Interpretibus solertissimus Salycetus, quando in Repetitione sua solenni ad l. Quod te. 6 ff. de reb. cred. à remotione contrarii Generalia Juris hoc modo commendat; male nempe cum illis, immò pessimè agi, qui replent caput suum singularibus, cum ea doctrina, qua ad similia decidenda prolabi gestiunt, plerumq; fallax sit & periculosa, minimè considerantes, quod vel minima circumstantia totum jus, quod ex facto & circumstantiis ejus probè ponderatis oritur, variare censeatur. Movit me præterea, Lector amicissime, quod neminem ex nostris tam priscis, quam recentioribus Juris Doctoribus & Interpretibus, & ne quidem per immensum illud Tractatum opus reperire potuerim, qui vel simile quid in Jure Canonico tentarit, vel ansam illius aggrediendi laboris alius præbuerit. Sanè Antonius Cuchus & Lancellotius scriptores Pontificii superioribus annis ediderunt equidem Institutiones in Jus Canonicum ad imitationem Justinianearum nostrarum; ut autem simul ostenderint nexus, & voluminum istius Juris, & eorundem partium, nec non singularum in iis Distinctionum, causarum, ac titulorum, historiam item Juris Canonici, initia, progressum & incrementum enuclearint; Illud quicquid est laboris à quoquam videre mihi nondum licuit. Quanquam verò futuri sint, qui dente Theonino, Sicuti priori meæ Synopsi contigit, & hanc rodant; Istos tamen Bovinatores minimè curo, sed illis Martialis hoc regero:

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Interim,

PRÆFATIO

Interim, benevole Lector, qui mihi faves, utere, fruerere hoc meo
quantulocunq; tui juvandi conatu. Polliceor lectioem hujus Sy-
nopseos tibi fore propterea gratam, quod brevis sit, quod perspicua,
quod ita pro virili mea elaborata, ut in ea nihil omissum deprehendi,
opinor, possit, quodq; sub unum oculorum ictum Universum Ius Ca-
nonicum tibi representet. Vale feliciter, & me, si bonus es, amare
bonum virum perge. Dabantur Lipsia, 10, Febr. Anno 1631.

Vilhelmus Schmuck U. J. D.
& Pandectarum in Academia Li-
psiensis Professor.

De Or.

(1)



De Origine, Historia, Varietate, Progressu & Incremento JURIS CANONICI.

Quod Justinianus Imperator sapienti & laudatissimo Consilio instituit, Jus Civile suo tempore informe & longè latèq; diffusum in luculentam erigendo consonantiam, & Jus quidem Vetus de Legibus duodecim Tabularum, Senatusconsultis & Prætorum Edictis, Orationibus item & Responsis primorum Imperatorum in Juliani, Ulpiani, Papiniani, Pauli, Marcelli aliorumq; nobilissimorum Jurisconsultorum Commentariis dispersum, ac intellectibus non rarè discrepantibus obscurum redditum, Digestorum sive Pandectarum Volumini; Novum verò Jus Civile, hoc est, recentius, nimirum Rescripta & Sanctiones Pragmaticas Imperatorum posteriorum in tribus Codicibus Theodosiano, Gregoriano, & Hermogeniano alteri Juris Civilis Volumini inferendo; quibus accessit temporis tractu tertium Volumen, nempe Novellæ Constitutiones à Justiniano post editionem priorum duorum Voluminum ob casus ac negotia de novo emergentia promulgatæ: Hoc idem Pontifices Romanenses posteriori seculo annisi sunt imitari. Posteaquam enim sub Imperatore Phocâ Episcopus Romanus Gregorius Principatum in Universas Ecclesias etiam Græcas Imperatoris illius decreto obtinuit, eoq; minimè contenti Successores Gregorii cum tempore sese potestati Imperatorum subtraxerunt; Factum est, ut quia Pontificibus Jura Civilia, quæ statum Ecclesiæ & summam Imperatoris Majestatem concernebant, sorderent, de Sanctionibus aliis, suæq; Hierarchiæ Monarchicæ convenientioribus cogitare cœperint.

Sicut igitur in Pandectas nostros, ut dictum est, relata sunt vetera Jura Populi Romani, & ex Jurisconsultis optimis quibusq; Responsa &

A deci-



decisiones eorundem: Sic illi non cessarunt, simile quid in lucem edere, quod partim Decreta sanctorum Patrum, partim Pontificum placita, imprimis ea, quæ pro sua Hierarchia confirmanda aliquid facere videbantur, contineret, quod Volumen κατ' ἐξοχὴν *Decretum* nuncuparunt, quo de mox plura. Ad Codicis verò nostri æmulationem, in quo nihil aliud quàm Rescripta Imperatorum ad Justinianum usq; collecta sunt; ipsi curarunt priori Volumini *Decreto* adjicere sex alios novos libros, qui referti sunt Epistolis Pontificum ad Episcopos, Collegia, Capitula, Monasteria per Universam Europam de infinitis negotiis agentibus, & ob id *Decretales* appellantur. Novellis demum nostris effecerunt respondere quoddam aliud opus has ipsas *Decretales* è vestigio subsecutum, quod ab Autore Compilatore *Clementinas* vocant, novissimas illius temporis Epistolas Papales Complectens. Quin & his in complementum accessit *Extravagantium* liber, ne quicquam pontificiæ Reipublicæ deesset, quod non solum exæquaret Imperatorum jura, sed & ea maximè opinione sua superaret, spretis iis omnibus, quæ ad rem sacram rectè administrandam & officia Ecclesiastica benè ordinanda in tredecim Codicis nostri titulis prioribus libri primi, Novellis Justinianeis quadraginta sex, nec non libro primo Codicis Theodosiani cum Novellis quibusdam Theodosii Junioris & Decretis Synodorum tam Oecumenicarum quàm provincialium extant, eaq; in peculiarem sed elegantem librum redegit Anno Christi 850. Phocius Episcopus Constantinopolitanus dictum à se *Nomocanonem*, & à Theodoro Balsamone postea Commentario longè doctissimo illustratum, ut interim taceam Canones Sanctorum Apostolorum Codicis nostri calci post Novellas extraordinarias appositas.

Verum enim verò ut historiam Juris Canonici hodierni à sua origine paulò altius arcessamus, sciendum est, postquam Constantinus Imperator Christianam religionem amplecti cœpit, & post eum sequentes; usi sunt in sacris obeundis ut plurimum ritibus & institutis primitivæ Ecclesiæ. Aucto vero Christianorum numero ac cœtu, Imperator Theodosius Junior colligi curavit Jus Sacrum ex Imperatorum anteriorum placitis ac Synodis, pro ut videre est in Codicis Theodosiani

lib. 16.

lib. 16. Secutus hunc est Justinianus noster, & præcipua quæq; de Jure Sacro, de Episcopis, Clericis & eorundem officiis retulit in Librum sui Codicis primum. Crevit interim etiam numerus Canonum sub Apostolorum nomine ad octoginta quatuor, quos approbasse Synodum generalem Sextam scribit Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta lib. 2. de Canonibus Apostolicis, & extant etiam nunc, ut modò meminimus, in nostri Juris Libris post Constitutiones Imperatorum novas. Tempore verò Imperatoris Basilii Phocius Patriarcha Constantinopolitanus annis ab hinc non gentis & eo amplius, ut paulò superius dictum est, in ordinem primò redegit Jus Canonicum ex Constitutionibus Imperatorum & Decretis Synodorum quotquot de rebus sacris & Ecclesiasticis ante hæc promulgatæ circumferebantur, & hoc suum opus indigitavit *Nomocanonem*, propterea, quod in eo reperiuntur & νόμοι Imperatorum & κανόνες Synodorum. Poterat & illis addere *Decreta* Episcoporum, sed ab illis sibi temperare maluit, eaq; suo loco relinquere, quamvis aliquot Patrum dicta in Ecclesia approbata licitè admiscuerit, puta Nazianzeni, Basilii Magni & aliorum, quorum scripta in Ecclesia sunt utiliter recepta, quod idem postmodum observavit Gratianus in suo Decreto. Estq; hic liber, ut & cæterorum Græcorum anteriores, longè melior iis, qui postea in Latino Idiome sunt subsecuti. Nam quod ad Isidori libros tam Etymologiarum quàm sententiarum attinet, ex quorum utroq; multa *Decreto* Gratiani cernuntur inserta; totus in iis est Isidorus, ut Pontificum Autoritatem præ Imperatorum Majestate supra modum extollat, quæ causa fuit, ut & Gratianus Pontificum Decreta in hanc rem idonea comportarit omnia; è contrario vero Imperatorum Constitutiones utilissimas consultò prorsùs omiserit. Post Isidori Volumen quoddam Decretorum aliud superioribus annis prodiit autore Burcardo Episcopo Vormatiensi, distributū in viginti libros, qui ut peræquè gratificaretur & applauderet Pontifici, Decreta Synodorum seu Conciliorum, nec non Pontificum & Episcoporum elegantique quidem methodo concinnavit, Imperatorum tamen Sanctiones de rebus sacris & personis Ecclesiasticis sicco pede itidem præterit. Taceo Iphonem Episcopum Carnutensem in Gallis, qui ad verbum ferè

omnia ex Burcardo transcripsit, nihilq; præstitit aliud in opere suo, quam ut posteriorum Pontificum Decreta, mortuo Burcardo promulgata suo loco quæq; assuerentur. His omnibus ita præeuntibus tandem sub Imperatore Heinrico Quinto & Lothario Saxone Successore Heinrici anno circiter millesimo centesimo trigesimo Gratianus Monachus inclarescere cœpit, autor *Decreti*, id est, illius voluminis, quod hodie inter Libros Juris Canonici primas obtinet. Is cum videret Imperatoris autoritatem jam jam vilescere Pontificum machinationibus; noluit is postremus esse eorum, qui Hierarchiæ Romanæ dignitatem scriptis amplificabant, quare pleraq; omnia tam ex Canonibus veterum, quam Decretis Pontificalibus, & Imperatorum concessionibus & indultis in unum coacervavit, & inde *Decretum* suum, cujus jam mentionem fecimus, extruxit. Quanquam autem in illo volumine hoc maximè præstitisse videri vult Gratianus, quasi Discordantes Canones in elegantem Concordiam redegerit, unde & hic liber hanc adeptus est inscriptionem, quasi in eo sit Discordantium Canonum Concordia, nihil tamen minùs quam hunc scopum Gratianus in eo feruisse videtur. Unde Beatus Lutherus falsè perstringit, & ludibrio habet Gratianum Magistrum illius libri Tom. 3. Jen. in script. consolator. super obitu cujusdam Concionatoris Halæ Saxon. occisi, fol. mihi 388. a. ubi in sua vernacula ferè hunc in modum scribit, nimirum similes habere labra lactucas, nec dignius ac convenientius hac patella operculum reperiri potuisse, cætera videantur ibidem. Ad hæc scribunt historici, Gratianum suo labore magis corrupisse Jus Canonicum, quam ut illud enuclearit, & sibi invicem consonum fecerit. Dum enim Gratianus laborat veterum Synodorum sanctissima decreta cum ambitiosis recentium Episcoporum Romanensium placitis conciliare, fœdè nimis ac turpiter omnia confundit, quod superiori seculo eruditè ostensum est ab iis, qui Centurias Magdeburgicas collegerunt. Et Carolus Molnæus in suis apostillis marginalibus quibusdam in locis Decreti itidem detexit, cujus editio postea à Pontifice confiscata est, nec non Anonymus ille in fulmine Bruto pag. mihi 125. cum seqq. Postquam igitur Episcopi Romanensis Monarchia satis superq; obfirmata est, eum in modum, ut non solùm

impe-

imperaret orbis terrarum Ecclesiis, verum etiam ipsis Imperatoribus, quantum quidem ad rerum sacrarum administrationem attinet; factum est, ut innumerabiles mittendæ fuerint Epistolæ Pontificis Romani ad Ecclesias sibi subjectas, partim ad Consultationem earundem & Episcoporum, partim verò proprio motu, si quid ipsi placebat, vel abrogandum, vel pro lubitu de novo constituendum, in Consultis Imperatoribus. Quæ Epistolæ seu Rescripta, quia magnoperè faciebant ad amplificandam, ac propagandam Hierarchiæ Romanæ potestatem, cœperunt illa primò à diversis colligi; postea verò ex iis optima quæq; in unum volumen, quinq; tamen libris distinctum collecta fuerunt à quodam Raymundo Monacho tanquam altero Triboniano, jussu Papæ Gregorii Noni, quod testatur illius præfatio libris Decretalibus illis quinq; præfixa, in cujus fine jubet, ut illa Decretalium compilatione Universi utantur tam in judiciis, quàm in scholis. Contigit hoc anno Christi 1231. tempore Friderici II. Imperatoris, qui multa iniquissima ab illo Gregorio perpeffus est, de quibus videatur Phil. Mel. in Chron. lib. 5. in Friderici vita. Et hoc est alterum Juris Canonici volumen, continens Decretales Epistolæ, ob id inscriptum Libri Quinq; Decretalium. Mortuo Gregorio Nono successores ejus in sede pontificiâ subinde nova Rescripta & Epistolæ Decretales ad Consultationes Episcoporum pro decidendis negotiis noviter emergentibus emittebant, quæ quia præcipuè videbantur usui fore tam judiciis, quàm scholis; effecit eas itidem in novum volumen congeri Pontifex Bonifacius Octavus eum nonnullis à se-met editis sanctionibus, posteaquàm anno 1294. in pontificatum capto ejus antecessore Cœlestino Quinto, fraude atq; dolo irrepsit, sub Imperatore Alberto Austriaco. Adornavit autem hoc opus studio ac ministerio Wilhelmi Archiepiscopi Ebrudunensis, Berengarii Episcopi Biterensis & Richardi de Senis Ecclesiæ Romanæ tunc temporis Vice-Cancellarii, testante ipso Pontifice in proëmio voluminis hujus tertii, idq; ad imitationem prioris appellavit *Sextum Decretalium*, quinq; libris itidem absolutum. Qualis autem & quantus Pontifex iste fuerit, videatur Platina de vit. Pontif. in histor. Bonifacii Octavi. Hujus Exemplo in augendis Juris Canonici Libris idem deinceps præstitit

stitit Clemens Quintus, qui cum nihil inveniret reliquum, quod ex Prædecessorum Conciliis, Epistolis, & Rescriptis publici juris faceret; ipse suas Constitutiones, quæ in Concilio Viennensi erant approbatæ collegit, easq; dum occupatus est in publicum mittere, morte præventus ab incæpto destitit, ejusq; optatis mox satisfacit Successor illius Johannes XXII. & nomen ipsis indidit ab Authore Clemente Clementinas, Quinque libris pari ratione cum prioribus voluminibus collectas. Estq; hoc Juris Canonici Volumen Quartum, anno 1316. ut constat ex præmio promulgatum, summâ rerum tum in Imperio Romano potente Ludovico Bavaro. Idem Johannes XXII. deniq; Constitutiones alias adjecit viginti, quæ secundum quosdam Quintum Juris Canonici Volumen representant, & circumferuntur vulgò *Extravagantium* appellatione, propterea quod tanta cum solennitate, quantâ Quatuor Volumina priora, in Judiciis ac Scholis, non fuerunt receptæ, sed extra autoritatem primò vagabantur tanquam fugitivæ inter eruditos, donec diuturnitate temporis ex longo earundem usu apud Pontificios similiter invalescere & magnifici cœperunt; apud eos verò qui postea præeunte Beato Lutero reformatis Ecclesiis sese submiserunt, Juris Canonici Libri ad unum omnes parvi æstimantur, exceptis materiis quibusdam, quas longa consuetudo & communis approbatio retinuit, sicuti videre est in materia juramenti, sponsaliorum & matrimonii, præscriptionis, & ordinis deniq; judiciarii sive processus. Extra has rejicimus potius quam agnoscimus Jus Canonicum pro genuino, Quin potius illud æstimamus ex ingenio & indole Pontificum, qui superioribus seculis hoc idem hominibus superstitioni deditis obtruserunt, id quod autor Fulminis bruti Anno 1585. pro Henrico Galliarum Rege enucleatissimè demonstravit, nec non Philippus Mornayus in absolutissimo suo scripto de Mysterio iniquitatis, quæ omnia tamen, quæ Pontificibus objiciuntur, ipsi eorundemq; propugnatores & assentatores callent titulis potestatis ab Apostolorum primario Petro in se derivatæ, sanctitatis & fidei egregiæ tegere ac palliare, quod novissimè docto perquam & tersissimo scripto, quod vindicias nuncupat, ostendit Jacobus Capellus, pro Jacobo Casaubono, quos tres autores unâ cum Philippi Melanchthonis Chroni-

nicis

IN JUS CANONICUM.

7


nicis Studioſis Juris pro uberiore harum rerum cognitione etiam atq; etiam commendo; ex his n. cognoſcent Juris Canonici ejuſq; autorum indolem tanquam ex ungue Leonem, ita ut poſt illorum meſſem ſuper- vacaneum eſſe ducam hoc loco ſpicilegium facere. Rectè igitur nunc tranſeo ad Juris Canonici libros ipſos & continuationem eorum, quæ in illis per ſingula volumina comprehenduntur.

Synopſis generalis in DECRETUM.

Jus Canonicum magna ex parte pertinet ad Jus Publicum, agit enim de perſonis & rebus Eccleſiaſticis. Cum igitur Jus publicum conſiſtere cernatur in Sacris, in Sacerdotibus & Magiſtratibus, l. I. §. hujus ſtudii. 2. ff. de Juſt. & Jur. nihil impedit, quo minus retineamus objecta tria Juris Civilis, Perſonas Res & Actiones, Perſonas propter Sacerdotes & Clericos, Res propter Sacra, & actiones propter Magiſtratum, cui Clericos oportet eſſe ſubjectos idq; ad decidendas controverſias, quæ inter illos non minùs, quàm apud laicos fieri conſuevit, frequentant. De Perſonis autem & Rebus ſacris agitur præcipuè in hoc decreto: De Judi- ciis verò in reliquis Voluminibus, Decretalibus, Sexto Decretalium, Clementinis, &c. Porrò diſtribuitur primum hoc Juris Canonici Vo- lumen ruruſ in tres Sectiones, quæ ſic inter ſeſe coherent, ut facilioris doctrinæ cauſa vel partem Juris Canonici communem conſtituant vel propriam. Communis occupata eſt in explicandis quibuſdam prolegomenis iuſq; generaliffimis; propria verò rem ipſam accedit, & Jus tum perſonarum Eccleſiaſticarum, tum Rerum nobis exhibet: Illud ſanè in prima Sectione Decreti abſolutis prius Prolegomenis, per Diſtin- ctiones centum & unam, unde ſectio ſive prima nomen accipit, & diſtin- ctionum appellatione venit. Hoc verò in reliquis duabus Sectionibus. Nam Res illæ conſiderantur, vel quatenus materiam litis inter perſonas Eccleſiaſticas præbent, & appellantur Cauſæ, vel quatenus extra litis aleam poſitæ ſunt, ceu ſunt Sacramenta, quæ perfectionem ſuam à Conſecratione ſortiuntur: De illis igitur altera Decreti Sectio tractat, & Cauſarum inſcriptione gaudet, quarum ſunt triginta ſex; De his, tertia
Sectio

Sectio se offert, à Sacramentorum consecratione nominata, & quinq; Distinctionibus absolvitur.

Tabula generalis per Decretum.



Synopsis primæ Sectionis Decreti,

Prima Pars, vel Sectio Decreti commodè in duo dispesci potest summa Capita, quorum prius, ut supra diximus communia quædam & generalia continet de Juris speciebus variis; alterum vero propria de personis Ecclesiasticis & earundem Jure.

De Priore. Gratianus ut fundamentum Juris Canonici Canonici jaciatur, de Jure quædam in genere præmittit, docens genus humanum regi partim jure naturali, partim moribus seu jure gentium, de quo in Distinct. 1. eoq; non tam aliarum, quàm Quiritum jure, Dist. 2.

Christianis verò cum duplex Lex posita fit, alia quæ pertinet ad vitam externam, quæ Lex Politica vocatur, alia ad interiores animi motus

tus

IN JUS CANONICUM.

tus & veram Dei agnitionem, qua freti post hanc vitam emigrare ad sempiternam possumus, cujusmodi est, quam Christus Salvator noster in Evangelio suo salvifico revelavit; difficile non est colligere, duplicem hinc statuendam legem vel jus, aliud civile, aliud Ecclesiasticum; quorum illud nomen suum retinet, hoc vero assumit aliud, & à Canone, quo nomine Ecclesiasticæ Constitutiones indigitantur, appellationem suam hausit, de quo in Dist. 3. De priori, & ejus speciebus itemq; mutatione, propositis quibusdam exemplis, agitur in Dist. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. De Ecclesiasticis verò Constitutionibus in sequentibus, ut quæ sunt sancitæ, vel in Conciliis generalibus Christiani orbis, de quibus in Dist. 15. quo etiam referuntur Canones Apostolorum à Clemente in primitiva Ecclesia Collectæ, Dist. 16. & sunt Canones vel propriè sic dicti, quorum sancientium autoritas penes est apostolicam sedem, Dist. 17. Nam quæ specialiter in Provinciis ad Episcoporum duntaxat suggestionem decernuntur, pro Canonibus habendi non sunt, Distinct. 18. Vel sunt Epistolæ decretales, id est, talia rescripta; quæ proficiuntur vel à sede Apostolica, vel ab eadem approbantur, Dist. 19. 20. ita ut ejusmodi Canonibus, Decretis & Decretalibus Epistolis Ecclesiastica negotia terminentur, ut Gratianus ait in princ. Dist. 21. His ita quasi prolegomenon loco præmissis, devenitur nunc in sequentibus Distinctionibus ad rem ipsam, ad Objectum nimirum Juris Canonici primum, quod sunt Personæ Ecclesiasticæ earundemq; jura, ordines & officia. *De Posteriore.* Sicut in Jure nostro Civili summa divisio personarum bimembris est in liberos & servos, pr. Instit. de Jur. pers. ita occasione Juris Canonici duo sese offerunt hominum genera in Christiano orbe; Aut enim sunt Clerici, aut Clerici non sunt, sed Laici sive Politici; d. Dist. 17. per tot. & can. propter Dist. 18. Et Laici quidem dicuntur inde, quod eis sit licitum temporalia possidere, uxorem ducere, causas agere, judicare, & quæcunq; negotia alia expedire, Clerici verò, qui Ecclesiasticis officiis unicè vacant, nec sese immiscere audent Politicis, siquidem absurdum est & opprobriosum Clericis, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium, L. repetita, 41. C. de Episc. & Cleric. sicut absolum foret nimis, unum eundemq; simul esse liberum & servum.

B

servum.

servum, l. Duobus. 30. ff. de liber. caus. cum horum naturaliter inter se pugna sit, l. Jus Civile. 7. ff. de R. I. Clerici rursus sunt in discrimine. Nam post summum pontificem, qui supra omnes esse, & à nemine judicari posse perhibetur, gl. v. Dist. i. in pr. sunt inter Clericos, qui vel ad Sacerdotium recipiuntur, vel ad aliarum rerum sacrarum administrationem, aut ad horum neutrum, & sunt infimæ Conditionis Clerici. Est autem Sacerdos is propriè, cui sacrificium Corporis & Sanguinis Dominici in altari conficere permittitur, i. e. qui missam celebrandi potestatem habet, nec non baptizandi, qui rursus duorum sunt generum; Sunt enim vel Episcopi, vel Presbyteri, & illi vel Patriarchæ seu Primates, vel Archiepiscopi, vel denique inferiores sive simplices Episcopi. Presbyteri verò sunt illi Sacerdotes, qui in Sacerdotio permanent, nec ad majorem dignitatem evehuntur. Licet autem & Sacerdotes sacra administrent; in Jure tamen Canonico magis illi propriè dicuntur in sacris esse constituti, qui non ipsi sacra faciunt, sed sacra tractantibus Sacerdotibus vel Presbyteris præsto sunt, & Diaconorum vel Subdiaconorum nomine veniunt. Hi enim nihil aliud expediunt, quàm Evangelium ad populum prædicant, calicem & patinam ad altare deferunt, urceolum, aquam, mantile & manutergium tenent atq; præbent, nec nisi tempore necessitatis, & in absentia Episcopi, vel Sacerdotis divina subeunt & quidem in baptisate duntaxat. Humiliora deniq; munera Acolyti, qui curant lumina & cereos, quiq; suggesta & altaria pro Eucharistia instruunt, Exorcistæ, Lectores, Ostiarii, Psalmistæ, Cantores, & si qui sunt minorum gentium ministri alii, de quibus omnibus plenè tractat Dist. 21. & 22. Notandum autem obiter, quod inter Monachos eadem frequentantur officia, in hoc duntaxat à Superioribus Ordinibus distinctos, quod contemplatione illorum, hi potius privata sacra exercent in suis monasteriis; Contra illi in Cathedralibus templis Ecclesiæ in conspectu omnium sacra administrent. Porrò cum nemo ad sacros Ordines adsciscendus sit, nisi dignus illis reperiatur; hinc Dist. 23. & 24. agitur de ordinandis & examinandis iis, qui Ecclesiasticum officium petunt, sive sit illud summum, ut Pontificatus, sive medium, ut Episcopi vel Archiepiscopi, sive sit inferius, ut Sacerdotis, Diaconi vel Lecto-

Lectoris, &c. quæ officia omnia ordinè describuntur in Distinctionis 25. priori parte. Verum enim verò Ordinatio ista in duabus personarum Classibus cernitur, seq; ut relativa & correlativa mutuò tangunt. Sunt enim vel qui ordinantur, id est, qui petunt ordinationem & receptionem sui ad Ecclesiæ munus, vel qui ipsi ordinant, dignosq; receptione judicant. Hinc est, ut priori loco dicatur de Ordinandis à Distinctionis 25. altera parte usq; ad Dist. 62. Posteriori verò de his, qui elegunt à Distinct. 62. usq; ad Dist. 81. Qui igitur ordinantur, hi eliguntur vel in Sacerdotes & his inferiores, vel ex Sacerdotibus vel Presbyteris promoventur ad sublimiora officia Ecclesiastica; De illis prius à 25. distinctionis posteriore parte usq; ad Dist. 58. de his posterius in seqq. Distinct. Ordinatio hæc ut debito modo procedat, Gratianus noster jubet ab utroq; tam ordinando, quàm ordinante exactè observari regulam Divi Pauli, quam eandem ob causam Timotheo suo præscripsit in priori Epistola ad Tim. cap. 3. vers. 1. 2. cum seqq. & ad Tit. c. 1. v. 6, cum seqq. Scilicet ut ab iis criminibus eligendus sit alienissimus, quæ à Paul. d. 1. nominatim exprimuntur, ne sit I. Bigamus, sed continens & unius uxoris maritus, quod explicatur Dist. 26. Multa item disputantur hîc de Concubinis, de Continentia Clericorum, vitanda familiaritate & consuetudine mulierum tam domesticarum, quàm extranearum, tandemq; interdicitur matrimonio omnibus Clericis, exceptis paucis, eosq; insimulat à concubinis & incontinentiæ, qui vivunt in matrimonio Sacerdotes & Clerici, Dist. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. Quod tamen repugnat huic ipsius Pauli præcepto & immutabili voluntati Dei, quam & hîc Gratianus tamen insuper habent præq; traditionibus suis ex alto despicunt. Discutimus simul etiam, quæ ad continentiam virtutem in genere referuntur, quæ Paulus in dd. loc. de sobrietate, temperantia, iracundia, & superbia graviter differit. II. Sit ordinandus in Sacerdotem vel Presbyterum prudens & aptus ad docendum, quam ad rem non solum opus est scientia & intelligentia Verbi Divini, sed & humanioribus literis & erudita doctrina, conjuncta cum Politica sapientia, sicut pluribus hoc requisitum persequitur Gratianus in Dist. 36. 37. 38. & 39. III. Requiritur in Clerico, ut sit ornatus (*κοσμητός* Luther. vertit *Sittig*) qua

appellatione notantur Dist. 40. virtutes morales extra temperantiam reliquæ, ne vita & mores eorum, qui divinis rebus dediti sunt, à doctrina, quam ex ore Dei proponunt, ullatenus discrepet. Ex hac Distinct. notetur obiter hoc loco detestabilis & execrandus Canon ille, Si Papa, qui meritò omnibus piis terrorem horroremq; incutiat erga Pontificiam hæresin, & ejus propugnatores: ita enim habet: *Si Papa sua & fraterna salutis negligens deprehendatur inutilis & remissus in suis operibus & insuper à bono taciturnus, & innumerabiles populos catervatim secum ducat primo mancipio Gebenne, hujus culpas redarguere præsumit mortalium nullus* (i. e. nemo audeat dicere Papa quid facis) *quia cunctos ipse judicaturus à nemine est judicandus, &c.* ad quem locum vivis suis coloribus graphicè depictum, vide Beat. Luth. Tom. Jenens. Hoc idem requisitum Gratianus etiam extendit ad vestitum & externum corporis habitum in Dist. 41. IV. Sit hospitalis, Dist. 42. V. Pudicus, quod ad sermonem Clerici passim refert, Dist. 43. VI. Non vinolentus, Dist. 44. VII. Non percussor, i. e. non sit proclivis ad inferendas plagas & verbera, Dist. 45. ubi simul ex Can. 1. notetur insignis locus contra ferrum & ignem, quæ minatur Pontifex in Religionis negotio omnibus ipsi refragantibus. Sic enim ait: *Quid de Episcopis, qui verberibus timeri volunt Canones dicant, notum est: Pastores facti sumus, non percussores: egregius prædicator Paulus dicit: argue, obsecra, increpa, in omni patientia ac doctrina: Nova verò ac inaudita est ista prædicatio, quæ VERBERIBUS EXIGIT FIDEM.* VIII. Non sit litigiosus, Distinct. 46. Nam ut rectè ait Gratianus ibid, post Can. 1. Litigiosi Sacerdotes vel adulationibus animos Principum sibi conciliant, vel fratribus suis detrahendo infamiæ notam ingerunt: vel inter fratres discordiam seminando seditionem nunquam facere cessant. IX. Non etiam sit turpis lucri cupidus, Dist. 47. ubi multa de Usuris & Sacerdotum sordibus. X. Nec sit Neophytus, i. e. tyro & vix rudimenta Theologiæ cognoverit, ut sequitur in Dist. 48. ne vel elatus in superbiam sibi persuadeat Christianam fidem multùm eo indigere, neu inexperto credatur res jam ardua & tanti momenti: Non tentatus enim qualia scit, inquit Salomon in Proverb. cum miserum sit, eum fieri magistrum, qui nondum didicit esse discipulus, ut Gratianus ex Innocentio

centio

centio citat in d. Dist. 47. in fin. princ. His ita ex utraq; Pauli Epistola explicatis Gratianus tandem concludit in Dist. 49. per anacephalæosin, oportere Ecclesiæ ministros à vitiis esse immunes: *Qui enim Intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est, ut ejus gratiam benè vivendo mereantur*, in d. Dist. princ. Et hæcenus de Vitiis Ordinandorum, quæ illos juxta dictam Pauli regulam ab officiis Ecclesiasticis procul arcent. Quia verò longissima annorum serie observatum est, præter illa Pauli, ut ita dicam, requisita plura sese offerre obstacula, ob quæ necesse est, qui sunt illis irretiti, vel ad Clericatum non admittendos, vel admissos rursus removendos esse; Visum hinc est Gratiano prioribus illis & sequentia hoc loco adjicere impedimenta, & ut accuratius de Methodo nostra & connexionis ratione constet, omnia ea, quibus æstimatur habitas & inhabilitas ordinandorum, vel sunt primitivæ Ecclesiæ nota, vel usu exigente post eam introducta; de illis quidem hæcenus, de his verò nunc in sequentibus Distinctionibus. I. Est, ne semel ob crimina Sacerdotio moti rursus per ordinationem novam recipiantur, de quibus est Dist. 50. II. Ne sint Curiales, vel Civilibus negotiis iisq; publicis implicati, Dist. 51. Fieret enim ejusmodi receptio per saltum, omissis inferioribus gradibus, quæ satyrica evectio ne quidem in cæteris Clericis locum sibi vindicet, Dist. 52. quin & experientiam docere Compilator Decreti in seq. Dist. 53. monstrat, hujusmodi Curialibus ordinatis ac receptis sæpe plurimum Ecclesiastico statui nocitum fuisse. III. Sed & nec servi & Christiana mancipia ad sacros ordines admitti debent. Ratio à Concinnatore Gratiano in Can. Dist. 54. assignatur hæc; quia par est, ut sit immunis ab aliis is; qui Divinæ militiæ est aggregandus, & persona vilis dignitate Sacerdotii fungi non potest. in pal. de servorum. d. Dist. 54. Secus est, si à dominis manumittantur, aut eorum permissu eligantur, d. Dist. 54. IV. Nec corporis vitio notabili laborantes, Dist. 55. in primis, si se quis ipse mutilarit, vel in digito, vel tegenda corporis parte, vel quaqua alia: Secus est, si hoc alicui per morbum vel aliam justam causam contingat, ut ibi distinguit Gratianus per Canones isti Distinctioni substratos. Ratio prohibitionis hujus procul dubio desumpta est à militibus seu vasallis mutilis. Si enim qui corporis vitio laborant, feu-

di capaces non sunt, ob ministeria dominorum causa subeunda in bel-
 lis & aliis periculis : multò magis tales sunt arcendi à militia Christi, vel
 Ecclesiæ militantis. V. Abstinebunt à Sacerdotio & Presbyterorum fi-
 lii (puta extra matrimonium nati) Dist. 56. Ratio. Quia periculum est,
 ne paternæ incontinentiæ imitatores existant, ut est in d. Dist. 56. Can. I.
 timentur enim ne illis exempla paterni criminis, Can. si quis cum. caus.
 6. quæst. 1. quod & de eorundem nepotibus gloss. in d. Can. 1. statuit.
 Cui tamen obstaculo occurritur, si de illarum proba & liberali educa-
 tione in Cœnobiis aut Canonis constet, d. Can. 1. Et rectè. Nam si spu-
 rius ad munera Curia cooptari potest, §. fin. Instit. de Nupt. propterea,
 quod ejus dignitas impedienda non sit, qui nihil admisit, l. spurii 6. in
 princ. ff. de Decur. quid ni Presbyteri filius ad fucatam hanc & impuram
 Clericorum societatem sit invitandus magis, quàm repellendus; quid
 ni paria cum paribus facilè congregentur, sicuti leprosi cum leprosis.
 VI. Nec sit in ægritudine baptizatus, nisi de ejus perseverantia in fide si-
 mus certi, Dist. 57. Quia fides ejus plerunq; non voluntaria, sed ex ne-
 cessitate est, Can. 1. d. Dist. 57. VII. Nec Monachus, ne confundantur
 Ordines: Debet enim is inservire Cœnobio, in quod se abdidit, nec ad
 parochiales Ecclesias se conferre, nisi hoc fiat de consensu Abbatis, Di-
 stinct. 58. VIII. Nec is assumendus est in ordinem, qui disciplinis Ec-
 clesiasticis non est imbutus, Dist. 59. Sicut enim in disciplina militari
 ab inferiori ordine ad summum Ducis fastigium rectè ascenditur, ut
 omnium ille bellicarum exercitationum functionumq; notitia sit in-
 structus, deq; illis rectè dijudicare & disponere valeat: Sic non compara-
 tum est, cum Ecclesiasticæ militiæ officiis, quippe quod gradatim sint
 honores honores, l. ut gradatim. in fin. ff. de muner. & honor. Casum
 enim appetit, qui per abrupta ascensum quærit, Can. sicut Dist. 48. Et
 tantum de Ordinandis Sacerdotibus & Presbyteris. Progrediendum
 nunc cum Gratiano & paucis libandum de his ordinandis & eligendis,
 qui sunt Sacerdotes, ad augustiora sublimioraq; munera sedis Romanæ,
 Archipresbyterorum, Præpositorum, Episcoporum, & Archiepiscopopo-
 rum, de quibus est in ordine relicta Distinctio 60. in primis autem ca-
 vetur, ne laici in Episcopos eligantur, sed ii potius qui per singulos or-
 dines

IN JUS CANONICUM.

15

dines prius sunt probati, Dist. 61. Ratio hujus prohibitionis paulò ante est allata.

Expositum est adhuc, quænam personæ ad Sacerdotia sint Ordinandæ, & quæ non, in superioribus Distinctionibus. Restat, ut juxta normam supra nobis propositam nunc agamus de personis non eligendis quidem, sed quæ ipsæ alios ad Sacerdotale munus vel alia majora eligendi jus ac potestatem habent. De his igitur in sequentibus Distinctionibus suscipitur tractatio, & vel in genere, vel in specie. In genere I. Quod Clericorum sit eligere, populi verò seu laicorum consentire, Distinct. 62. hæc Distinctio, quia populo consentum in Eligendis officialibus Ecclesiasticis tribuit, relinquit simul etiam ipsi liberam potestatem contradicendi electioni, si minus idoneus nominetur, quod optimè sanè convenit cum sacris literis. Verùm sequens Distinctio 63. quod Laicis in anteced. Dist. Conceditur de consensu suo requirendo, id rursus ipsis hæc adimit. Unde II. Disponitur, quod Laicis electionibus Episcoporum aut Clericorum interesse planè non conveniat, d. Dist. 63. Notanda autem hæc præ cæteris est Distinctio; Nam & Imperatoribus & Principibus aliis Imperii jus eligendi denegat, eosq; præter fas & æquum contra divina & humana jura privare hac facultate summo nisu ac conamine laborat. Ac quantumvis in aliquot hujus Distinctionis Canonibus ex ore Pontificum nonnullorum, ut Cœlestini, & Stephani in Can. 26. 27. 28. fatendum sit Gratiano, laicos excludendos nequaquam esse repellendos ab Electionibus Pontificum & his inferiorum Præsulum, idq; quàm plurimis testimoniis hinc inde ex probatissimis Historiarum Scriptoribus evidenter demonstratur, & illi ipsi fatentur Pontifices in dd. Canon. I. Quia tamen Pontifices Romanenses animadverterunt, hoc etiam atq; etiam affectatæ suæ potentia nocere; omnibus modis semper sunt reluctati Cæsaribus, ac quantum equidem in illis fuit, in id contenderunt unicè, ut hoc jus, quod inde usq; à Constantino Magno salvum & integrum in Pontifices habuerunt, quibuscunq; technis per vim ac fraudem interverterent, suamq; è contrario tyrannidem Ecclesiæ Dei obtruderent ac stabilirent. Qua de re plura legantur in Chron. Philippi Melanchth. in Vita Heinrichi Quinti Imperatoris, & apud Bodin.

din. de Republ. lib. 1. cap. 9. Quamvis etenim Henricus Quintus tunc
 aliquid tempori dare ob periculosissimos in Germania tumultus exci-
 tatos, & iniquissimis Pontificum postulatis subscribere coactus fuerit
 Wormatiæ anno 1522. Facto tamen hocce suo, quod ex rebus tunc ita
 stantibus & necessitate potius, quàm libera ejus voluntate æstimandum
 est, nihil ipse quicquam præjudicare potuit dignitati Imperii, cum fa-
 ctum cuiq; suum non alii nocere possit, l. factum. 155. in princ. ff. de R. l.
 quod & ipsi Pontifices suo ipsorum exemplo satis superq; probant in an-
 tecessorum suorum sanctionibus tollendis & abrogandis, referente
 Gratiano post Can. Quia sancta. vers. Et idcirco. Hinc est, ut cum hæc
 qualiscunq; concessio Henrici Quinti tempore Gratiani admodum
 recens adhuc fuerit, & ob id ex sua novitate parum autoritatis Sedi
 Romanæ tribuens, omisit eam studiosè, & adulterinas alias, & à Ponti-
 ficibus confictas concessiones, quasi ante aliquot secula ab Imperatori-
 bus essent agnitæ, substituere, & hominibus tum temporis supersti-
 tionis plenis obtrudere non erubuit, vide Canon. cum Adrianus. cum
 duob. seqq. quarum falsitatem egregiè postmodum detexerunt Beatus
 Lutherus Tom. 3. Jen. Schleid. lib. 3. de Quat. Monarch. Phil. Mel. in
 Vita Ottonis Primi & Tertii, nec non Apostilla hisce Canonibus in mar-
 gine à Carolo Molinæo in Exemplari Venetiano Anno 1567. excuso,
 quod postea propterea confiscatum est, & novissimè Jacobus Capellus
 in suis Vindiciis pro Isaaco Casaubono, rubr. de sedis Rom. potest. san-
 ctit. & stellion. itemq; Philipp. Mornay. in Myster. Iniqui. uberrimè.
 Porrò in specie de Personis, penes quas est eligendi potestas, agitur in
 seqq. Distinctionibus, quæ tria potissimum continent ab eligentibus in
 omni electione observanda. *Primum est*, ut considerentur personæ ea-
 rumq; ordo. Quidam enim rectè eligunt & ordinant: quidam verò
 minus. De rectè ordinantibus prius, de his posterius. Nam 1. Episcopum
 eligunt aut omnes in Provincia Clerici, aut ad minimum tres alii Epi-
 scopi, si Clerici difficulter convocari possent, Dist. 64. inq; electionis
 actu major pars inter dissentientes concludat, Dist. 65. 2. ArchiEpisco-
 pum autem omnes suæ provinciæ Episcopi eligunt. Dist. 66. 3. Contrà
 ad Presbyterum ordinandum unus Episcoporum sufficit, Dist. 67. Non
 rectè

rectè eligunt, sed falsò sibi arrogant eligendi facultatem 1. Qui non sunt Episcopi. Dist. 68. 2. Qui licet Abbates sunt, non tamen inferioris ordinis ministris aliter impertire possunt tonsuram, nisi illi Abbati ab Episcopo antè manus fuerit imposita. Dist. 69. 3. Qui est Episcopus alterius Civitatis, Dist. 70. nisi literas commendatitias exhibeat, vel à Pontifice, vel ab aliis eligendi jus habentibus, Dist. 71. 72. 73. ubi quædam etiam de literis commendatitiis seu dimissoriis. 4. Demùm si quis invitum velit ad ordinem evehere, Dist. 74. Et tantum de Primo requisito ipsis Eligentibus præscripto. Secundum est tempus, quod licet perhibeatur omnibus horis idoneum sine discrimine, dummodo inter jejunos res expediatur; plerisq; tamen placet distinguendum esse inter ordines, ut aliud tempus decernatur Episcopis, Presbyteris & divinis ordinandis & consecrandis, Dist. 75. & quia mentionem in hac Distinct. fecit Gratianus jejunii; hinc intermiscet de jejunii temporibus quædam in genere, Dist. 76. aliud verò tempus tribuit metropolitanis creandis, Distinct. 77. ubi simul & in seq. Distinct. 78. occasione hujus requisiti contemplatur, & inquit in ætatem Sacerdotum & interstitia temporum, quandiu conveniat in ordinibus inferioribus vivere, antequam ad superiora quis promoveatur, d. Dist. 78. Deniq; priusquàm ad tertium requisitum ab ordinantibus attendendum devenit Gratianus, ad Locum nempe, ubi electio sive ordinatio celebrari debet, ille, ne pontificè, qui supra omnes est & à nemine judicandus, inter alios collocet ordines, peculiarem ejus electioni & electoribus hinc assignat locum, inq; Dist. 79. docet, Apostolicum i. e. Pontificem Romanum non nisi à Cardinalibus & religiosis Clericis non quidem eligendum, non ordinandum, non consecrandum esse, quia tam divino capiti hæc voculæ & hi actus minimè respondent, sed inthronizandum tanquam Deum aliquem terrestrem. Tertium succedit in ordine requisitum, quod est Locus, ubi nam electio fieri debet, & nominantur à Gratiano non viles civitates, Vici aut Castella, sed majores sint urbes, in Dist. 80. Tandem sub finem hujus primæ partis annectuntur quædam quasi paralipomena. I. Quædam afferuntur ad uberiores explanationem superius ex Paulo Apostolo adductæ regulæ, ut nimirum Episcopus vitam suam sine crimine

transigat, Dist. 81. ut pauperibus & iis, qui manibus suis laborare sibiq; victum comparare nequeunt, liberalitate sua succurrat, Dist. 82. ut ne conniveat ministrorum inferiorum scortationibus, Dist. 83. ut sit alacris in officio & vigil ad defendendos pauperes, erigendos oppressos, tuenda monasteria, Dist. 84. ut hospitalitatem exercent, Dist. 85. ut in Ecclesia Christi fidelem doctorem agat, tum corrigendo reprobos mores, tum prædicando & fideliter proponendo Verbum Dei, Dist. 86. tum deniq; cantando (de qua in Dist. 92.) ut viduis & pupillis suppetias eat, Dist. 87. & sit alienus à negotiis lucri turpitudinem foventibus, ita ut ne quidem liceat illos tutores in testamento dari, Distinct. 88. Domus suæ propriæ, i. e. familiæ bonus & æquus dispensator & administrator, Distinct. 89. Et ab omni litigii studio abhorrens, Dist. 90. Si ipsi non sufficit, unde se suosq; exhibet, ut proprio artificio vel agricultura se sustentet, dummodo curam Ecclesiæ juxta non insuper habeat, Dist. 91. Quin & ad ministri Ecclesiæ officium spectat, ut & Cantilenas in laudem Dei instituat, ita tamen, ne vocis magis elevationi & aptationi, quam cordis devotioni indulgeat, Dist. 92. juxta versic:

Non vox sed votum, non cordula musica, sed cor,

Non clamans, sed amans, cantet in aure Dei.

II. Paralipomenon est de Obedientia. Hoc caput adeo non omitti par erat, ut potius primas obtinere in Jure Canon. deberet. Quæ enim foret Sedis Romanæ potestas & hierarchia, si careret vinculo obedientiæ. Hoc enim ipsum est, in quod omnes suos nervos intenderunt Pontifices, ut sibi obsequentes reddant non Imperatores duntaxat, sed & universum mundum ad obtinendum in eo principatum, sicuti Sathanæ non verò Apostoli Petri Vicarios egregiè decet, Dist. 93. cum Dist. seqq. 94. 95. 96. in cujus Can. satis evidenter, Nicolaus Papa ex Constantini Magni concessione, quæ tamen ipsi falsissimè affingitur, Deum Pontificem appellat: Sicut enim Deus à nemine judicatur, ita nec Papa ab ullo, sed ille contra judicat omnes. Reperitur etiam in hac Dist. 96. Constantini Magni Donatio, quæ tot mendaciis scætet, quot verba completitur, quot autor Fulminis Bruti doctè monstravit in rubr. Crimen falsi. Nec quicquam facit, quod Græco idiomate scripta reciterur in No-

1. p. 112. 13. 14.


Decretum vel statutum
 Concilii in Concilio
 habita. p. 112. 13. 14.

De p. 112. 13. 14.

| | | |
|--|---|--|
| <p>1. p. 112. 13. 14.</p> <p>2. p. 112. 13. 14.</p> <p>3. p. 112. 13. 14.</p> <p>4. p. 112. 13. 14.</p> <p>5. p. 112. 13. 14.</p> <p>6. p. 112. 13. 14.</p> <p>7. p. 112. 13. 14.</p> <p>8. p. 112. 13. 14.</p> <p>9. p. 112. 13. 14.</p> <p>10. p. 112. 13. 14.</p> | <p>112.</p> <p>113.</p> <p>114.</p> <p>115.</p> <p>116.</p> <p>117.</p> <p>118.</p> <p>119.</p> <p>120.</p> | <p>1. p. 112. 13. 14.</p> <p>2. p. 112. 13. 14.</p> <p>3. p. 112. 13. 14.</p> <p>4. p. 112. 13. 14.</p> <p>5. p. 112. 13. 14.</p> <p>6. p. 112. 13. 14.</p> <p>7. p. 112. 13. 14.</p> <p>8. p. 112. 13. 14.</p> <p>9. p. 112. 13. 14.</p> <p>10. p. 112. 13. 14.</p> |
|--|---|--|



TABULA in primam partem Decreti.



IN JUS CANONICUM.

mocanone Photii Patriarchæ olim Constantinopolitani. Secutus enim
 est ille communẽ errorem & falsitatem sui quoq; temporis, quod ex hi-
 storiis graviter evincit Jacob. Capellus in Vind. pro Isaac. Casaub. in tract.
 de sedis Rom. potest. sanctit. &c. fol. 202. plura de obedientia Pontifici
 debita porrò continet, Dist. sequens 97. III. Paralipomenon est de re-
 ceptione Clericorum ex alia in aliam provinciam mittendorum, ne fi-
 des illis aliter habeatur, recipianturq; , nisi commendatitias literas suo-
 rum Episcoporum exhibere possint, Dist. 98. IV. Paralyomenon est de
 nomine Primatis & ejus dignitate. Nam ne quis existimet, alium esse Pa-
 triarcham, alium Primatem; concedit Gratianus, nihil discriminis in-
 ter utriusq; officium esse præter solam nominis diversitatem, Dist. 99.
 V. Paralip. est de pallio Episcopi, ne quis Episcoporum, vel alterius di-
 gnitatis Ecclesiasticæ eminentioris ordinetur aut consecratur, prius-
 quam pallium à Romana sede asportarit, Dist. 100. VI. Deniq; Parali-
 pomeno vetantur duo Metropolitanani in unâ eademq; provincia mora-
 ri, Dist. 101. & ult.

Modus allegandi textus ex hac prima Decreti parte facilis est &
 apertus. Primo namq; loco ponitur Canonis initiale verbum, deinde
 adjicitur numerus Distinctionis, ex qua Canon citatur, hoc modo. Ca-
 non. Redintegrandæ. dist. 3. Numerus verò Canonis omitti solet, ob nu-
 merum causarum, quæ ex altera Decreti parte citantur una cum nu-
 mero quæq; suo.

TABULA primæ Sectionis Decreti

vid. lit. A.

Synopsis secundæ Sectionis DECRETI,
 continentis Causas XXXVI.

Postquam Gratianus de Variis Ecclesiasticarum Personarum officiis
 earundemq; jure in priori Decreti Sectione per 101. Distinctiones
 differuit; Descendit nunc ad alterum Juris Canonici objectum, ad Res:
 quæ à se invicem sic distinguuntur. Nam quædam earum præbent vel
 materiam litis inter personas Ecclesiasticas, vel non præbent, sed sim-
 pliciter fide apprehenduntur ad consequendum æternæ salutis præ-
 mium,

mium, & propriè dicuntur *Sacramenta* vel *Res Sacramentales* ob sui mysterium, quod in illis reconditum est. De his tractat Gratianus in postrema Decreti Sectione quæ est de Consecratione: De illis verò in hac media Decreti Sectione; seu parte, per *Causas* triginta sex, sic dictas, quod *causas*, i. e. lites, controversias, & iurgia de variis negotiis inter Clericos excitari solitis explanent. Ad quas, ut nunc propius accedamus, sunt illæ duorum generum: Vel enim prorsus sunt alienæ à Sacramentis & eorundem consecrandorum modis, vel illis quàm proximè accedunt. De illis controvertitur in *Causa* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. usq; ad 27. De his verò à dicta *Causa* 27. usq; ad trigesimam sextam & ultimam.

Negotia igitur sive *Causæ*, de quibus quæri solet inter Clericos, vel oriuntur ex eorundem criminibus, vel *Rebus*, i. e. bonis, vel *Statu*. Quæ ex criminibus oriuntur, vel ipsum crimen exaggerant, vel modum procedendi in eo puniendo monstrant. Criminum illorum, quæ ut plurimum inter Clericos frequentantur, maximum est & quotidianum *Simonia*, i. e. studiosa illa cupiditas emendi vel vendendi aliquid spirituale, dicta à Simone Mago, qui primus in novo Testamento hujus sceleris autor extitit, ut apparet ex Act. Apostol. cap. 8. v. 18. cum seqq. Sicut Gehasi famulus Elisæi Propheta in veteri Testamento. Unde qui emunt talia, *Simoniaci* vocantur, qui vera ea vendunt, *Gehasiani*, gl. in princ. *Caus. 1.* Et hinc factum est à Gratiano, ut in frontispicio hujus secundæ *Decreti* partis hoc crimen collocatum fuerit, ut habeant Pontificii, quo sese tanquam in speculo quales sint contemplantur. Veruntamen ne statim ad unius vel alterius delationem quis tanquam *Simoniacus* officio suo dejiciatur. I. *Causæ* cognitio requiritur & justa sententia. Nam si justa sententia lata non fuerit, is, qui eam passus est legitimam nanciscitur causam provocandi ad superiorem, ut sit in civilibus negotiis, quare de *Appellationibus* est *Causa* in ordine 2. aut si sine ea *Causæ* cognitione officio suo spoliatus fuerit, ante omnia is restituendus est; Hinc *Causa* 3. de *Spolio*. Notandum hîc obiter, quod quæ de *spolio* in hac *Causa* à Gratiano afferuntur, ut plurimum temporis successu sint pertracta ad *Judicia Civilia*, in primis ex illa *Causa* famosissimus *Can. redintegrandæ quæst. 1.* ut ille penè omnem obscurarit doctrinam atq; Leges

Leges in Jure Civili tit. de vi & vi arm. tit. Quod vi aut clam, tit. Unde vi, in ff. & C. II. Ad condemnandum Episcopum vel Clericum requiritur, ut convincatur antè testibus, iisque non suspectis aut ad hoc conductis coemptisve, sed viris fide dignis, de quibus in *Caus. 4.* III. Sint Accusatores tales, qui aperte rem gerunt, non qui per insidias aut libellos famosos suppresso nomine. Ejusmodi namq; accusatores, de quibus ut & famosis libellis pertractatur in *Caus. 5.* non solum non admittuntur, sed & puniuntur. Sint item integræ famæ, cum infamibus accusandi potestas omnis sit abscissa. Et quia non rarò contingit, ut Episcopi suum officium non facientes, non equidem statim ab ordine moveantur, sed adjungitur illis alius, qui vicem ejus sustinet & substitutum agit; hinc statim in ordine *Causarum* sequitur 7. & 8. quæ ea exponunt uberius, inq; genere multa cumulant, de causis, ob quas mutationes Episcoporum & Clericorum usu venire & alter alteri succedere soleat honesta de *Causa* & ob legitimum impedimentum aut alia simili ratione. Quibus coherent, quæ in *Caus. 9.* ventilantur de Episcopis excommunicatis, quorum officiis oportet interim satisfacere vicinos Episcopos, donec vel soluti rursus fuerint ab excommunicatione, vel prorsus per *Causæ* cognitionem dejecti. Et quia in superioribus *Causis* de primo Crimine, ob quod Episcoporum remotio impetratur, satis superq; dictum est; consequens erat, ut & illis annecterentur cætera duo frequentiora, *Hæresis* & *Sortilegium*. Sed placuit Gratiano hinc paulò filum ordinis abrumperè, & alia prius expedire, quam ad ea deveniat. Pergit ad *Res* sive *Bona Ecclesiastica*, quæ sunt duplicia: Nam vel sunt Ecclesiæ vel singulorum Clericorum. Ecclesiæ bona spectant ad curam & administrationem non solum Episcoporum, de qua in *Caus. 10.* Sed etiam præterea Censuræ & potestati Episcopi subjecti sunt, tam Clerici, quàm Laici, adeò quidem ut ejus censuram formidare debeant & illi, qui Clericos ad Judices seculares trahere satagunt. Quippe quod ore Dæmonum (os certè durum) discerpendus sit, qui suo Episcopo deprehenditur esse inobediens, de quibus agitur in *Caus. 11.* Locus verò proximè jam citatus extat in can. absit. in fin. d. *caus. 11.* quæst. 3. Est autem censura Ecclesiastica nihil aliud quàm fulmen illud Excommunicationis, quo vetan-

tur Christiani ad sacram congregationem accedere, aut cum aliis conversari, in hujus Caus. 11. quæst. 3. Notetur ibidem simile dictum de perhibentibus falsum testimonium can. abiit. qui sic habet: Multi hodie scelus Judæ, qui Deum ac Magistrum suum pecunia vendidit velut immane & nefarium exhorrent, nec tamen cavent. Nam cum pro muneribus falsum contra aliquem testimonium dicunt, profectò quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt, ipse enim dixit: Ego sum Veritas. Cæterum de Clericorum Rebus uniuscujusq; est Caus. 12. in qua ventilatur hoc potissimum dubium, utrum Clerico testamentum de propriis bonis facere concessum sit. Et quia Clericis etiam debentur Decimæ, unde vitam sustinent, & munera sua rectius obeunt; hinc de Decimis agitur in genere in Caus. 13. Videndum tamen illis est, ne quid accipiant vel exigant ultra solitas decimas: nam qui huic turpitudini dediti esse noscuntur, puniendi veniunt. Et hac occasione in Caus. 14. Compiler multa de usuris & improbo fœnore coacervat, quæq; pœna sint usurarii coercendi. Hæc omnia, de quibus hætenus dictum est, sunt accipienda de Clericis, qui sunt sana mente. Nam mente captis seu furiosis meritò ignoscitur. Unde in genere quædam disertantur in Caus. 15. de furiosis, nec tantum de his, quæ verè tales sunt, sed & qui illis æquiparantur. Nam pro furiosis habentur & illi Clerici, qui diebus dominicis ac feriatis Causas tractare præsumunt. Sic etiam furoris plena res est, si quis à ministris & subditis confessionem cruciatibus extorquere vellet, & si quæ sunt alia furoris plena negotia, de quibus in d. Caus. 15. His ita cognitis transit nunc Gratianus tertio loco ad statum Monachorum, id est, Monachorum Jus ac potestatem. Cum enim Monachorum plena sint omnia Claustra & Cœnobita, & hætenus non nisi obiter illorum in prima parte Decreti, & in hac secunda mentio facta fuerit; operæ precium, immò necessitas postulare videbatur, Causas quasdam & illis relinquere cognoscendas. Disquirunt autem duplici ratione de Monachis, primo in genere, deinde in specie. De illis in genere agitur, quando quæritur, quamnam habeant potestatem, & an missam celebrare, baptizare, & citra consensum Episcopi decimas exigere, itemq; contra Ecclesiam præscribere vel usucapere possint

sint, & si quæ sunt alia, in *Caus. 16.* additur in *Caus. 17.* quid de illis tenendum, qui actum atq; statum perfidè deserunt, nimirum habentur pro iis, qui se ipsus occidunt. In specie quæritur 1. de Monachorum Capite, quod est Abbas, in *Caus. 18.* in cujus quæst. ult. can. *Diffinivimus.* notetur obiter, quod Abbas & Monachi cum sanctimonialibus habitare non debeant: Quia sexuum commixtio sit periculosa: Cujus prohibitionis adeò sunt memores Monachi, ut licet contiguas habeant ædes, muris tamen & januis firmissimè sunt munitæ, qua nullus neutri parti relictus est transitus, utut se invicem obsecrent. 2. De Monasteriis ipsis, in quibus vivunt, *Caus. 19.* & tandem 3. de pueris & puellis spontè sua monasterium intrantibus, an à parentibus possint avocari, *Caus. 20.* in cujus can. ultim. cum Gratianus Quæstionem decidat, quod Abbati plura eaq; diversa monasteria habere non liceat; extendit eandem & ad Cæteros Clericos in *Caus. 21.* limitat tamen de Episcopo, cum non rarò contingat, ut unus duos Episcopatus possidere licitè soleat, quibus quædam annectit de Commendatitiis literis, quibus utuntur Clerici de loco in locum migrantes, & his similibus in d. *Caus. 21.* Tandem commune est tam Monachis, quàm Clericis, 1. ut juramentum à sese præstitum tenaciter observent; hinc in *Caus. 22.* autor Decreti captat occasionem disputandi de juramentis in genere, utrum jurando peccetur, & num juramenta illicita sint servanda, & quam ætatem requirat eorum præstatio. II. Ut abstineant ab omni militia & bellicis motibus. Nam cum milites Christi semel facti sint, desinunt esse milites seculi, 2. *feud. 21.* in fin. immò mundo dicuntur esse mortui, & vivere soli Deo, *Caus. 23.* ubi multa asperguntur à Gratiano de bellis, an licitum homini Christiano militare, & alia multa. III. Commune sunt Crimina Clericis nimis familiaria, in quorum numero est primò Hæresis, qua de in *Caus. 24.* 2. Violatio censuræ pontificiæ, id est, excommunicationi non parere, sed ei omnibus modis resistere. Nam tale quid committentes perhibentur in Spiritum sanctum blasphemare, quicumq; ille sit, vel Laicus, etiam Imperator, vel Clericus cujuscunq; gradus & ordinis, de quibus in *Caus. 25.* 3. Sortilegium, quo pertinent omnis generis divinatores, Mathematici, Genetliaci, aruspices, & hujus monetæ alii, nulli hominum

num generi magis olim nota quam Monachis & Clericis, quos persequitur *Caus. 26.* Et hæctenus de *Causis*, quæ sunt, ut supra proposuimus, aliquantò alieniores à *Sacramentis*. Restant *causarum illæ*, quæ ad *Sacramenta & Consecrationes*, de quibus in parte *Decreti ultima proximiùs* accedunt, immò ab ipsis *Pontificiis* pro veris *Sacramentis* reputantur, ceu sunt *Matrimonium & Pœnitentia*. Nam his assignatæ sunt à *Gratiano Causæ reliquæ*, & quidem principaliter *Matrimonio Causa 27.* usq; ad ultimam; De *Pœnitentia* per *Consequentiam*, cum insertus sit tractatus de *Pœnitentia Causæ 33.* & assutus quæstioni tertiæ ejusdem *Causæ*, in qua quia movetur hoc dubium, utrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione, absq; oris Confessione quis Deo possit satisfacere; respondetur ad eam quæstionem in septem *Distinctionibus de Pœnitentia*, quibus absolutis pergit *Gratianus ad Causam 34.* & reliquas pertexens ea, quæ de *matrimonio & variis ejus quæstionibus* per tractatum de *Pœnitentia* quadantenus erant interrupta. Cum igitur *Pontificii hæc duo Matrimonium & Pœnitentiam Septem Sacramentis*, quæ illi libenter agnoscunt, accenseant, ut patet ex *Concilii Trident. Can. 1. Sess. 7.* ubi nominatim recensentur & unanimiter approbantur hæc septem, *Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, i. e. Sacerdotium, Matrimonium & Pœnitentia*, cum tamen in reformatis *Ecclesiis* ex sacris literis edocti præter *Baptismum & Eucharistiam* nullum ex reliquis admittamus, nec admitti debeant, quod luculenter admodum monstravit *Philipp. Mel. in Apolog. August. Confess. ad artic. 13. Martin. Chemniz. in sua refut. ad dicti Concil. Trident. Can. 1. Sess. 7.* & novissimè *Balthasar Meisnerus Theologus Wittebergensis, in sobria sua Philos. part. 2. sect. quæst. 1.* Rectius omninò fecisset *Gratianus* si doctrinam de *Matrimonio & Pœnitentia* reservasset *Sectioni* sive *parti Decreti ultimæ*, in quam studiosè & data opera illa comportavit. Quod verò hoc intermisit, factum est illud sine dubio, quod numerus *Sacramentorum* suo tempore nondum fuit certus, ne ipsum alicujus incuriæ vel ignorantia in simulemus. Ad *Matrimonium* quod attinet, hac methodo in eo explicando utitur. Primò generalia quæpiam proponit de *sponsalibus*, utrum qui quæve castitatem monasterio devovit, ab eo
refi-

IN JUS CANONICUM.

25

resilire & matrimonium inire liceat, item de sponsalibus de presenti & futuro, quibus stultè inferitur & illa quæstio, num inter Josephum & Mariam Deiparam vera fuerint sponsalia, quæst. 2. can. 3. cum seqq. Deinde progreditur ad specialiora quædam impedimenta matrimonii referens, nempe, infidelitatem, bigamiam. in Caus. 28. Errorem Personæ & Conditionis, Caus. 29. ætatem nimis teneram, ubi quædam de duplici Cognatione Legali & Spirituali, in Caus. 30. adulterium item præcedens cum ea, quam postea vult in matrimoniū quis ducere, Caus. 31, Vitam meretriciam; quia ejusmodi mulierem ad ingenium & pristinos mores redire periculum est. Quod si spes sit de correctione vitæ, nihil impedit, quo minus duci meretrix possit, Caus. 32. Frigiditatem, maleficium, uxoricidium, de quibus in Caus. 33. quæstionibus duabus prioribus, & in quæst. 3. interponit Gratianus, ut modo dictum est, tractatum de Pœnitentia, eumq; comprehendit septem distinctionibus, quarum prima est de modo pœnitendi, 2. de Charitate non amittenda, 3. de Pœnitentia sæpius iteranda, 4. de peccatis post pœnitentiam redeuntibus, 5. de peccati qualitate & circumstantiis à pœnitentiario observandis, 6. de eo, cui Confessio sit facienda, 7. de tempore, in quo pœnitentia locum habet, scilicet usq; ad extremum vitæ spiritum. His interjectis pergit Gratianus ad enumerationem cœptam impedimentorum matrimonii, inter quæ porrò est captivitas alterutrius Conjugum, Caus. 34. Gradus consanguinitatis & affinitatis prohibiti in Caus. 35. & tandè raptus mulieris ejus, quam quis petit postea in matrimoniū, in Caus. 36. & ult. Quo ad modum allegandi textus in hisce Causis, is in difficili non est, nam primo citatur Canonis initiale verbum, deinde numerus Causæ, & tertio numerus quæstionis, hac ratione. Can. abiit. II. quæst. 3. Distinctiones verò de Pœnitentia sic allegantur: Can. mirandum. Dist. 2. de Pœnit.

TABULA secunda Sectionis DECRETI

vid. lit. B.

vid. post. pag. 26. lib. B.

D

tabulor.

Sectio

Sectio tertia Decreti de Consecratione.

Sacramenta rebus sacris annumeranda esse, nominis ratio jubet. Sequitur igitur ultima parte *Decreti* de Consecratione, sive de Sacramentis, quæ sola constant consecratione. Sed quid est, quod hæc tertia *Decreti* pars non inscribitur de Sacramentis, cum circa illa maximè sit occupata? Responsio est in promptu. Cum enim Sacramenta non nisi in templis regulariter celebrari conveniat, in primis ea, quæ nobis æternæ salutis compendium conferunt, Baptismus & Eucharistia; templa vero & loca sacra non aliter talia sint, nisi prius ritu solenni & usitato consecrata & initiata fuerint; Visum hinc est Gratiano, ante omnia agere de Consecratione Ecclesiarum sive templorum, altarium, vasorum, vestium, & si quæ sunt res aliæ, quæ ut sacræ rectè fiant, eas consecrari oportet. Quare hæc Sectio sive pars *Decreti* ultima quinque constat Distinctionibus; prima est de Consecratione ipsa in genere, secunda de Sacramento Eucharistiæ, tertia de solennitatibus festivitatum seu festorum dierum, quarta de Sacramento Baptismatis, quinta & ultima de Confirmatione, itemque de divinis officiis & jejuniis. Sed quod mirum alicui videri poterat, de Extrema unctione hinc nihil: aut igitur nihil illa est, aut Gratiani temporibus pro Sacramento non est habita, nec quod magis est, ullus veterum Canonum in hanc rem dari potest. Textus ex hac ultima parte desumpti citantur, sicut alii, quæ in Distinctionibus primæ Sectionis extant, nisi quod addatur vox de Consecratione, hoc modo: Can. comparemus. dist. 2. de Consecratione, quem Canonem ideo adduco, quia utitur ea Beatus Lutherus adversus doctrinam pontificiam, qua tantum sub una specie eucharistiam laicis præbent, cum tamen in hoc ipso Can. præcipiatur, ut Sanguis & Corpus Christi illis integrè communicetur, Tom. Jenens. 3. mihi fol. 385.


TABULA Sectionis tertiae DECRETI,
de Consecratione.

EST

ptinet ad
pag. 25. sub fin.

Tabula Sectionis secundæ Decreti continentis Causas 36.

B
Est hac
Pars de
Causis
XXXVI.
& sunt
vel



Tabula Sectionis Iacobaeae

| | | | | | | | |
|--|--|--|--|--|--|--|--|
| <p>1. De pueris et virginitate, Causa 1.</p> | <p>2. De pueris et virginitate, Causa 2.</p> | <p>3. De pueris et virginitate, Causa 3.</p> | <p>4. De pueris et virginitate, Causa 4.</p> | <p>5. De pueris et virginitate, Causa 5.</p> | <p>6. De pueris et virginitate, Causa 6.</p> | <p>7. De pueris et virginitate, Causa 7.</p> | <p>8. De pueris et virginitate, Causa 8.</p> |
| <p>9. De pueris et virginitate, Causa 9.</p> | <p>10. De pueris et virginitate, Causa 10.</p> | <p>11. De pueris et virginitate, Causa 11.</p> | <p>12. De pueris et virginitate, Causa 12.</p> | <p>13. De pueris et virginitate, Causa 13.</p> | <p>14. De pueris et virginitate, Causa 14.</p> | <p>15. De pueris et virginitate, Causa 15.</p> | <p>16. De pueris et virginitate, Causa 16.</p> |
| <p>17. De pueris et virginitate, Causa 17.</p> | <p>18. De pueris et virginitate, Causa 18.</p> | <p>19. De pueris et virginitate, Causa 19.</p> | <p>20. De pueris et virginitate, Causa 20.</p> | <p>21. De pueris et virginitate, Causa 21.</p> | <p>22. De pueris et virginitate, Causa 22.</p> | <p>23. De pueris et virginitate, Causa 23.</p> | <p>24. De pueris et virginitate, Causa 24.</p> |
| <p>25. De pueris et virginitate, Causa 25.</p> | <p>26. De pueris et virginitate, Causa 26.</p> | <p>27. De pueris et virginitate, Causa 27.</p> | <p>28. De pueris et virginitate, Causa 28.</p> | <p>29. De pueris et virginitate, Causa 29.</p> | <p>30. De pueris et virginitate, Causa 30.</p> | <p>31. De pueris et virginitate, Causa 31.</p> | <p>32. De pueris et virginitate, Causa 32.</p> |
| <p>33. De pueris et virginitate, Causa 33.</p> | <p>34. De pueris et virginitate, Causa 34.</p> | <p>35. De pueris et virginitate, Causa 35.</p> | <p>36. De pueris et virginitate, Causa 36.</p> | <p>37. De pueris et virginitate, Causa 37.</p> | <p>38. De pueris et virginitate, Causa 38.</p> | <p>39. De pueris et virginitate, Causa 39.</p> | <p>40. De pueris et virginitate, Causa 40.</p> |
| <p>41. De pueris et virginitate, Causa 41.</p> | <p>42. De pueris et virginitate, Causa 42.</p> | <p>43. De pueris et virginitate, Causa 43.</p> | <p>44. De pueris et virginitate, Causa 44.</p> | <p>45. De pueris et virginitate, Causa 45.</p> | <p>46. De pueris et virginitate, Causa 46.</p> | <p>47. De pueris et virginitate, Causa 47.</p> | <p>48. De pueris et virginitate, Causa 48.</p> |
| <p>49. De pueris et virginitate, Causa 49.</p> | <p>50. De pueris et virginitate, Causa 50.</p> | <p>51. De pueris et virginitate, Causa 51.</p> | <p>52. De pueris et virginitate, Causa 52.</p> | <p>53. De pueris et virginitate, Causa 53.</p> | <p>54. De pueris et virginitate, Causa 54.</p> | <p>55. De pueris et virginitate, Causa 55.</p> | <p>56. De pueris et virginitate, Causa 56.</p> |
| <p>57. De pueris et virginitate, Causa 57.</p> | <p>58. De pueris et virginitate, Causa 58.</p> | <p>59. De pueris et virginitate, Causa 59.</p> | <p>60. De pueris et virginitate, Causa 60.</p> | <p>61. De pueris et virginitate, Causa 61.</p> | <p>62. De pueris et virginitate, Causa 62.</p> | <p>63. De pueris et virginitate, Causa 63.</p> | <p>64. De pueris et virginitate, Causa 64.</p> |

B
 1710
 Causa
 XIXVI
 1710



Tabula Sectionis

Handwritten notes in the top right corner, possibly a page number or reference.

Primo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Secundo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Tercio, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Quarto, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Quinto, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Sexto, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Septimo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Octavo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Nonimo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Decimo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Undecimo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Duodecimo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Trigesimo, de iurisdictione, pro qua Eccl[esi]e...

Canon...

Canon...

Canon...

Canon...

Canon...

Canon...

Canon...

Canon...

B
Canon...

Canon...


Canon...

IN JUS CANONICUM.

Est haec pars de Consecratione, constans 5. Distinctionibus, & agit

| | | |
|---|---|--|
| 1. De Consecratione ipsa, quatenus aliquid consecrari debet, imprimis vero templa & Aedes sacra, Dist. 1. | } | Eucharistia, sive Coena Dominica, Dist. 2. |
| | | Adornationum in festis, Dist. 3. |
| 2. De Rebus consecrandis, quae sunt Sacramenta | } | (quae dicuntur Sacramenta veneratoria Archidiacon. dist. 2. in princ.) |
| | | Baptismatis, Dist. 4. |
| | | Confirmationis, Dist. 5. |

FINIS DECRETI,



Synopsis in quinque Libros Decretalium generalis.

AD huc dictum est de duobus objectis Juris Canonici, Jure Personarum Ecclesiasticarum & rebus Ecclesiasticis in primo volumine, quod *Decretum* inscribitur. Quia verò non cum perfectis vivitur, Cicerone teste, sed & Clerici tales sunt, qui nihil humani à se alienum putant, affectibus suis æquè ac Laici suis indulgentes, odio, ira, litibus & injuriis sese invicem lacescentes; Visum est Ordini huic non minus Judicium quàm laicis constitui, eorumq; Causis ac Controversiis Consulti, ne propria autoritate sibi jus dicant, & communem tranquillitatem violent. Cautum enim est communi lege, non solum Politicos, sed & Clericos stringente, ne quisq; sibi ipsi jus dicat, t. t. C. Ne quis in sua caus. l. extat. 13. ff. Quod met. caus. Quin potius memores esse debebant Apostolicæ doctrinæ ad Timoth. & Titum, qua præcipitur illis, ne sint litigiosi ac rixis dediti, pro ut supra in primo volumine pluribus à Gratiano fuit expositum. Continent igitur *Decretales* seu alterum volumen Juris Canonici, ut plurimum judicialia quatenus ad Jurisdictionem Ecclesiasticam spectant. Licet enim tempore Justiniani Imperatoris Episcopis vel Clericis nulla concessa fuerit Jurisdictio, sed tantum Episcopalis audientia, i. e. cognitio de rebus inter Clericos controversi solitis, executio verò Politico Magistratui relinqueretur, quod testatur tot.



tit. C. de Episc. audient. Tamen ut alia, ita & Jurisdictionem summam, & infimam Pontifices ac Clerici paulatim in sese derivare non sunt veriti, sub hoc prætextu, quasi ad illos ex ore Petri pertineant ambo gladii. Porrò, ut hoc secundum Juris Canon. volumen rectè in suas partes distribuamus, duæ sese principales offerunt, communis & propria. Communis enodat quædam prolegomena totius operis in titulis quatuor libri primi prioribus. Propria concernit rem ipsam, i. e. Judicia Ecclesiastica, in quibus in considerationem veniunt 1. Judex de quo in lib. 1. Deinde ordo Judicii in lib. 2. & tertio Res, in Judicium deduci solitæ, quæ rursus sunt vel civiles, vel criminales. Civiles ejusmodi sunt, ut vel Clericis conveniant, lib. 3. vel Laicis, quales sunt causæ matrimoniales (Nam Clerici non uxoribus, sed inhonestis focariis utuntur) in lib. 4. De criminalibus verò tandem agitur in lib. 5. & ultimo. Et est hæc generalis Decretalium dispositio, quæ vulgò inclusa est hoc hexametro:

Judex, Judicium, Clerus, Sponsalia, Crimen.

TABULA in Decretales generalis.

| | | | | | |
|--------------------------------|---|---|---|--------------------------------------|-----------------------------|
| Decretalium due
sunt partes | [| Communis, continens
quædam prolegomena | } | Liber I. Judex. | |
| | | Propria, quæ
rursus est
vel de | | } | Judice |
| | | Ordine,
Judicii, | | | Liber II. Judicium. |
| | | Rebus,
& vel | } | Civilibus, perti-
nentibus vel ad | Clericos, Lib. III. Clerus. |
| | | | | | Laicos, Lib. IV. Sponsalia. |
| | | | | Criminalibus, Lib. V. Crimen. | |

Synopsis Libri primi Decretalium.

Liber primus duarum est partium principalium, quarum prior continet partem Decretalium communem seu prolegomena; altera par-

IN JUS CANONICUM.

29

partem auspicatur Decretalium propriam per reliquos Lib. 1. titulos & Decretalium Libros. Communis absolvitur proœmio & quatuor titulis prioribus. Quod enim Imperator Justinianus necessarium duxit, Juris Civilis corpori præmittere quasdam Constitutiones, quibus & opus commendaret, & autoritate sua confirmaret. Sic Pontifex Gregorius Nonus autor edendarum Decretalium præfixit operi suo, quod inscripsit Decretales, proœmium, in quo exponit rationem Consilii, quæq; Causæ illum moverint, quod hoc volumen Decretalium compilari curaverit, nimirum magna ex parte Dissimilitudo à se invicem dissonantium Constitutionum Papalium, quis item compilator, nempe quidam Raymundus Capellanus & Pœnitentiarius ejus, & tandem in fine proœmii sancit, ut hac compilatione universi utantur in judiciis ac scholis. In hoc autem Gregorius discrepat à Justiniano nostro, quod hic inchoarit opus suum Legale à divini nominis invocatione: ille verò nihil tale quid præmisit, quia Pontifices, ut supra cognovimus se ipsos pro Deo ac divino numine jactitant, quamvis Johannes Faber in suo comment. ad Instit. proœm. n. 1. Gregorium sic excuset, hunc ipsi obtrudens palpum, quasi Papa nihil possit facere, quin fiat in Dei nomine, ut ita non opus sit invocatione & imploratione divini auxilii. Post proœmium consideratur in hac parte communi vel fons legum, vel ipsæ Leges. Fons Legum est sacrosancta Trinitas, hinc tit. 1. de summa Trinitate & fide Catholica. Leges verò & Jura ipsa, vel rursus sunt scripta, vel non scripta, & scripta vel generalia vel specialia: Generalia, ut Constitutiones ad universum Clerus pertinentes, de quibus est tit. 2. de Constitut. Specialia dicuntur Rescripta, quæ primitus non fuerunt omnibus scripta, sed ad certas personas Episcopos & officiales alios Ecclesiasticos emissa; hinc tit. 3. de Rescript. quem è vestigio rectè sequitur tit. de jure non scripto, quod est Consuetudo, tit. 4. Et hæc de priori Decretalium parte. Altera, continens judiciorum *proœmia*, i. e. præparatoria eorundem commodè distribui potest in quinque Capita. Cum enim Pontificii sibi arrogarint Jurisdictionem in Clericos & laicos; disceptari inter illos cœpit de personis Jurisdictioni suæ præficiendis & nonnullis aliis ad ordinationem Jurisdictionis & Magistratus Ecclesiastici spectantibus. Quare

D 3

ficus

sicut de illis quæritur in Jure Civili & ejus libris tam Digestorum, quam Codicis prioribus: Similem in modum Pontificii putarunt esse faciendum in Jure Canon. Nam in hoc libro primo quæritur potissimum de duobus, quorum prius est de personis Ecclesiasticis, quænam sint idoneæ ad Magistratum Ecclesiasticum subeundum; alterum est de judiciorum præparatoriis. De Magistratu Ecclesiastico seu ministro Justitiæ in Ecclesia dispicitur dupliciter, vel de legitima ejus ordinatione, vel de ordinati officio. Ordinatio consistit I. in ipsa vocatione, quæ fit tripliciter; nam vel expeditur postulatione, vel Electione, vel translatione. Postulatio est petitio gratiæ à superiore facta, gl. in cap. un. in verb. vera postulatio. de postul. prælat. in 6. petitio verò gratiæ ideo vocatur, quia postulatur vel peritur à superiore, ut is ex gratia ad Magistratū Ecclesiasticum admittat eum, qui alioquin jure communi propter defectum, vel aliquod aliud impedimentum eligi non potest. Hinc tit. 5. de postul. Prælatorum, i. e. eorum, qui in ministeriis Ecclesiasticis ita aliis præferuntur, ut in eos Jurisdictionem exercent, ceu sunt Patriarchæ, Episcopi, Abbates, &c. Differt à postulatione electio. Nam electio non fit per gratiam, sed ipso jure ei, qui jus habet petendi officium Ecclesiasticum superius, ut qui jam est illi officio obeundo in ordine proximus, verbi gratia, si Episcopus petit Archiepiscopatum, vel Prior in Cœnobio Abbatiam. Talis enim ad ejusmodi dignitatem evectus, non appellatur postulatus, quales nostrates Episcopi sunt, sed Canonicè electus. Hinc. tit. 6. de elect. additur huic titulo, & electi potestate; nam ea hinc deniq; suas exerit vires, cum à Pontifice in Episcopum, vel ad officium sublimius est confirmatus. Translatio verò est mutatio loci vel sedis prioris in alium, quoties vel necessitate, vel utilitate sic suadente, Prælati sive sint Episcopi, vel alterius dignitatis excellentioris de summi Pontificis consensu sedem suam mutant, & ex alia in aliam translocantur, quare rectè sequitur in Ordine tit. de translatione Episcopi. II. Consistit Ordinatio in impetratione pallii. Pallium est insigne quoddam honoris ac dignitatis è lino ac lana confectum, quodq; à nullo alio quàm summo Pontifice confertur ei, qui jam Canonicè electus & confirmatus est, eamq; per illud adipiscitur auctoritatem, ut ab eo tempore trans-

translata esse dicatur plenitudo pontificalis officii, adeo quidem, ut jam habeat non ea tantum, quæ sunt Jurisdictionis, sed & quæ sunt ordinis. Et redimendum est pallium ingenti vi pecuniæ, nec impertitur, nisi fides & obedientia juratò simul promittatur. Hinc tit. 8. de autorit. ul. pall. Et hi omnes sive postulati vel electi, sive translati in officio suo perseverare coguntur ad omne vitæ suæ tempus, nisi fortè justa ex causa illi renuncient officiis suis, tit. 9. de renunciat. Nam si negligenter illud tractant, non statim ordine moventur, sed negligentia eorum vigilantia vicini Episcopi suppletur, ne quid inde trahat Ecclesia detrimenti, tit. de supplend. neglig. prælat. III. In Constitutione vel ordinatione Prælati observandum est, & tempus, & ordinandorum qualitas. tit. de tempor. ordin. & qual. ordin. Spectatur a. illa qualitas, (præmissis scrutinio, i. e. habitâ prius exploratione diligenti ab Episcopo de eligendo, tit. 12. & 13.) rursus in ætate, ne cura & gubernatio Ecclesiæ committatur minori quatuordecim annis, cum indecorum sit, eos Ecclesiam regere, qui se ipsos gubernare nondum didicerunt, c. indecorum hoc tit. in morum sanctitate & scientia, de quibus in tit. 14. IV. Legitima Prælati Constitutio posita est in sacra unctione, quæ sic celebratur; adstant jam jam unguendo duo Episcopi, qui chrismate sacro ex oleo & balsamo mixto ejus caput & manus inungunt in nomine Domini hinc tit. 15. de sacr. Unct. cui indissolubili vinculo connexus est, tit. 16. in quo quaritur, si fortè prætermisum sit oleum aut balsamum, an totius hujus Sacramenti iteratio fieri debeat? & respondetur, quod deest suppleri debere, unde nimis generaliter & perperâ concepta est hujus tituli rubrica, de Sacramentis non iterandis, cum potius ita fuerit reponenda, de supplendo eo, quod in unctione sacra prætermisum est. V. Legitima præ cæteris ordinatio poscit & integritatem personæ, quæ cernitur in multis, ut apparet ex illarum in contrarium adductis vitiis, quorum primum est nativitatis, nam ex fornicatione & illicita qualibet alia conjunctione nati ad sacros ordines assumi nequaquam debent, scriptum enim est de illis, ne introeant templum Domini, quorum numero accensentur & presbyterorum filii vulgò *Psaffenkinder* / de quibus in tit. 17, secundum est vitium Conditionis servilis: ita ut non aliter servi ad-

mit-

mittantur ad ministerium Ecclesiasticum, priusquam sint manumissi, tit. 18. Tertium est vinculum, quo quis obligatus est ad ratiocinia negotiorum civilium; quoad enim illud durat, tamdiu ordinationem impetrare nequit, tit. 19. Quartum est vitium corporis: Nam qui membro est destitutus eo, quod inducit notabilem corporis deformitatem, rejicitur, tit. 20. Quintum est vitium Bigamiæ, hinc tit. 21. de bigamis non ordinandis. Bigami autem de Jure Canonico non solum dicuntur ii, qui duas uxores eodem tempore secum habent, sed & qui mortua priori, aliam ducunt; quasi dictum Pauli, quod Episcopum unius uxoris maritum esse jubet, adeò rigidè sit accipiendum, ut qui ad secundum matrimonium accedit, dissoluto priore statim pro bigamo condemnetur; absurdè perquam & à Pauli mente alienissimum. Sextum deniq; vitium est peregrinitas. Cautum est enim, ne ad sacros ordines promoveatur Clericus peregrinus, nisi ad minimum quinq; Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniatur, quo de in tit. 22. de Cleric. peregr. Et hæc hætenus de Constitutione vel Ordinatione Magistratus Ecclesiastici. Dicendum nunc est de Magistratus ita Constituti officio. De hoc autem disquiritur in sequentibus titulis duplici modo, vel in specie, vel in genere. In specie rursus quatenus quis gerit officium nomine vel proprio, vel alieno. Proprio nomine gerentes officia, sunt i. Archidiaconus, de cujus officio titulus est 23. quia is primum locum post Episcopum obtinet, immò vocatur ejus oculus, c. adhæc h. tit. reliquos sibi subjectos habens, ut Archipresbyterum; tit. 24. Primicerium, tit. 25. Sacristam, tit. 26. & Custodem, tit. 27. Alieno nec suo nomine officii præsumt, Vicarii, hinc tit. 28. de officio Vicarii, & tit. 29. de officio & potestate Judicis delegati, & tit. 30. de officio legati. In genere de officiis Magistratus Ecclesiastici titulus est 31. de officio cujuscuq; ordinarii, quem sequitur generalior, de officio Judicis, tit. 32. & tandem generalissimus, de majoritate & obedientia, tit. 33. Cum enim ministrorum & Judicum, de quibus supra visum est, alii sint majores, alii minores; operæ precium poscere videbatur, peculiari titulo explicare horum inter sese respectus & observantiam mutuan, ut minor majori obediat, debitum honorem & observantiam præstet. Pertinent ad genera-

nera-

IN JUS CANONICUM.

neralem hanc tractationem de Magistratu Ecclesiastico quædam de Concordia inter subditos alenda stabiliendaq; cum Ecclesia sit ac debeat esse Constituta in silentio & spe, id est, tranquillitatis esse studiosa; Hinc omni nisu ac conamine in id contendat ejus magistratus, ut tranquillitatem sanctè custodiat in piorum consortio, sive illud fiat per inducias, quas vulgò itala lingua Treugas vocant, sive per pacem initam; hinc tit. 34. de treuga & pace. Est autem treuga securitas præstita rebus aut personis discordia nondum sopita; Pax verò finis est discordiæ, ut hîc definitur in glossa.

Exposita sunt hæctenus, quæ ad principalem personam Judicii in Ecclesia benè Constituti pertinent, nimirum ipsum Judicem: sequitur, nunc de Judiciorum præparatoriis quibusdam. Sæpe namq; contingit ut litigantes avaris processuum sumtibus deterriti inter sese pacisci & bonis Conditionibus transigere rem malint, quàm sumtibus illis sese invicem sapissimè inanibus divexare; Hinc tit. 36. de pactis & tit. 37. de transactionibus. Quod si cessantibus ejusmodi pactis ad judicium provocant, deliberandum illis est ante omnia, I. Utrum ipsi velint desiderium suum in Judicio proponere, an per alium id curare, ut si per alium, ante omnia eligant tum Advocatum solertem & industrium, qui fidelem se præstet in rectè postulando, hinc tit. 37. de postulando, tum Procuratorem, qui ore tenus, quod advocato visum fuerit, in judicio causam proponat, & reliquos actus judiciarios prudenter expediat, tit. 38. de Procurat. & tit. 39. de Syndicis. Quod enim Procuratores peragunt in privatorum negotiis; hoc præstant Syndici nomine civitatis vel cujuscunq; alius communionis, quoties illis est publicè litigandum. II. Cogitabunt utrum illis opus forte sit beneficio restitutionis in integrum, antequam principalem causam in judicium deducant. Fit enim non rarò, ut litigantibus obstet, vel vis, vel metus, vel quid aliud, quod illos impedit, quo minus vel actionem suam instituere, vel excipiendo eam declinare valeant, nisi prius impedimentum illud, cui causam dedit vis metusve, ope restitutionis in integrum sit sublatum; Quare rectè sequitur in ordine, tit. 40. de iis, quæ vis vel metus causa fiunt, & tandem tit. 41. de restitut. in integr. generalis, quo succurritur litigantibus

E ex



ex aliis causis justis restitutionem conferentibus. Est & alia restituendi causa, cum Reus rem, qua de controversiam exortum iri suspicatur, alienat hac intentione & Consilio, ut iudicium futurum vel evitet, vel excludat; Hinc actori præbetur occasio prius revocandi rem hoc modo alienatam inq; pristinum statum restituendi, ut commodius eam vindicare, vel persequi iudicio possit, tit. 42. de alien. jud. judic. mut. caus. fact. III. Instructi jam litigaturi, his quæ jam dicta sunt; prodeunt in forum & experiuntur. Quia vera laudanda est ejus verecundia juxta Jurisconsultum in l. item si res. 4. §. 1. vers. Nec tamen. ff. de alien. jud. mut. &c. qui lites potius execratur quàm exosculatur, nec non boni Judicis est, omnem lapidem movere, ut litigantes ad amicabilem Compositionem disponat; (zur Güte) hinc tit. 43. non erat omittendus de Arbitris, hoc est, iis, qui in eo toti sunt, ne litigantes prolixis processibus sese implicent, seque sumtibus inanibus exhauriant, sed ut res ex æquo & bono amicè componatur. Sin verò usq; adeò sit cervicosa utraque pars, ut neuter alteri cedat, sed malit uterq; contendere quàm lite supersedere; Sanè periculum faciant, & comperient illis patere fores iudicii & apparitores dudum præstolari ad id, quod jubebuntur, mercede numerata, exequendum: de quibus omnibus in libr. secundo, qui sequitur.


TABULA in librum primum Decretalium.

vid. lit. C.

Synopsis Libri secundi Decretalium.

Occupatus est in hoc libro secundo Pontifex in Judiciario processu rectè aperiendo, quantum quidem pro informando Actore & Reo sufficit. Cum enim in lib. 1. Judex ante oculos positus nobis fuerit, qui ante omnia investigandus & implorandus est; rectè nunc in hoc libro 2. fit transitus ad iudicii formam atq; ordinem ipsis litigantibus observandam, ne quod est in proverbio, bona causa malè agendo pereat. Continet igitur liber hic tria potissimùm Capita, I. Instruit actorem præcipuè à tit. 1. usq; ad 25. II. Reum, in d. tit. 25. & 26. III. Communia quæpiam

C
Liber
primus
est dua-
rum par-
tium, alia



piam utriq; litigantium, à tit. 27. usq; ad finem. *De Primo.* Postquam Decretalium Compiler in tit. 1. generalem pramisit doctrinam de Judiciis, statim tit. 2. pergit ad Jus Actoris. Nam actori sunt memorie tenenda. 1. Ut si fortè Reus diversæ Jurisdictioni sit subjectus, eligatur forum competens, hoc est, tale, cui Reus non possit exceptionem declinatoriam objicere, hinc tit. 2. de foro competente. Quo facto 2. videbit, ut libellum concipiat & offerat, qui nullo labore vitio, cuiq; non possit opponi ineptitudo libelli, tit. 3. de libelli oblatione. Pati autem debet actor, ut & suam adversus eundem reus instituat petitionem in continenti, ut mutuo passu tractentur & finiantur. Quare tit. est 4. de mutuis petitionibus. 3. Sollicitus etiam sit actor, ut adigat reum ad respondendum libello, hoc est, ut vel petita confiteatur, vel inficietur, qui actus vocatur litis contestatio, tit. 5. Frustra enim procederet ante litis contestationem ad probationem actionis vel intentionis suæ actor, si non certus sit, quidnam de actione sua Reus sentiat, affirmativè an negativè, ut si affirmativè, supersedeat actor probatione; sin negativè, probatione legitima convincat. Hinc tit. 6. Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel sententiam definitivam. 4. Actor sibi prospiciat de legitimis & concludentibus probationibus, actore namq; non probante Reus absolvitur, l. edita. 4. C. de Eden. Sed quia sæpè contingit, ut tam actor, quàm reus pro coloranda sua cujusq; intentione falsis allegationibus utantur; ante omnia repositenda erat, tam ab actore, quàm abs Reo præstatio Juramenti Calumniæ. Unde tit. 7. de Juram. Calumn. Actori enim jurandum est, se nequaquam animo calumniandi, id est, negotium Reo facessendi litem instituisse, sed quod existimet se bonam fovere causam: Reus verò quod non aliter sciat, quàm quod bona instantia utatur ad repellendum actorem, l. cum Judices. 2. in princ. C. d. t. de Juram. propter Calumn. Rursus usu sæpenumero venit, actorem non sat habere spacii ad probationem introducendam, ne termini probatorii lapsus ipsi sit nocivus, à judice tum prorogationem sive dilationem petere solet, tit. 8. nisi fortè feriæ incidant, quæ ipso jure actorem excusant, tit. 9. tum verò ut ordine judex causam cognoscat, tit. 10. Cui cognitioni affine est, l. ne plus justo pe-

tatur à Reo, tit. 11. 2. Ut si concurrat petitorium cum possessorio, h. e. lis de dominio & possessione simul excitetur, prius de possessorio cognoscatur, posterius de proprietate vel dominio, tit. 12. 3. Ut si super spolio litigetur, quod itidem ad possessorium pertinet, spoliatus ante omnia restituatur, tit. 13. Quo nomine frequenter disputatur de dolo & contumacia spoliantis, tit. 14. de dolo quidem, si fraudulenter spolians (quod & de omni Reo accipi potest) iudicium subterfugiat; de contumacia verò, quando iussus rem restituere, non eam restituit. Nam tunc ulterius à Iudice proceditur, & mittitur actor in possessionem rei servandæ causa, tit. 15. Ideo autem additur rei servandæ causa, quia sic in possessione missus non possidet, sed majoris securitatis ergo rei hoc modo incumbit, ne ipsi intervertatur, l. possideri. 3. in fin. ff. de acquir. poss. & hoc ita procedit ex capite contumaciæ, cæterum lite pendente nihil est innovandum, qua de re est tit. 16. Lis autem de Jure Can. pendere dicitur, statim cum libellus est oblatu, & parti insinuatus vel communicatus, Clemen. 2. Ut lit. penden. Simile in possessionem missioni remedium est Sequestratio bonorum absentis & contumacis rei. Unde tit. 17. de sequestratione possessionis & fructuum. Sequester is est, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt; dictus ab eo, quod occurrenti vel quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur, l. sequester 110. ff. de verb. sign. Hæc quæ dicta sunt sæpius impediunt actorem, quo minus ad probationis actum devenire possit; impedimentis autem illis remotis, probationem intermissam producit, eamq; vel ex Confessione rei, quæ ob sui evidentiam probata probatio vocatur, tit. 18. vel ex assumtis argumentis, de quibus in genere tit. 19. de probationibus; in specie verò, utpote de testibus, tit. 20, & 21. de instrumentis, tit. 22. de præsumtionibus & conjecturis, tit. 23. de juramento, tit. 24. quod privilegiata probatio nuncupatur & singularis, quia jurans sibi ipsi perhibet testimonium, contra communes juris regulas, quibus in propria causa nemo testis admittitur, per l. nullus. ff. de testib. l. omnibus. C. eod. tit. quin & omnium reliquarum probationum subsidium appellatur juramentum, gl. in l. generaliter. in princ. C. de reb. cred. potest enim supplere probationem minus plenam, & ad idem

Summa de iudic. tit. 27.
Causa, tit. 27.
Appellaciones, tit. 28.
Ad iudicium iur. vel iudicium referuntur, tit. 30.
Periculum, tit. 29.

Quinto Communi
de iudic. part.
cum effect.
de iud. Rec. iur.

de iudic. part. expedientia, tit. 12.
de iudic. part. tit. 13.
de iudic. part. tit. 14.
de iudic. part. tit. 15.
de iudic. part. tit. 16.
de iudic. part. tit. 17.
de iudic. part. tit. 18.
de iudic. part. tit. 19.
de iudic. part. tit. 20.
de iudic. part. tit. 21.
de iudic. part. tit. 22.
de iudic. part. tit. 23.
de iudic. part. tit. 24.
de iudic. part. tit. 25.
de iudic. part. tit. 26.



D
Liber secundus in
quatuor
distribui
potest
Capita,
in quo-
rum

Primo, agitur de Judiciis in genere, tit. 1.

- 1. Forum Rei competens eligat, tit. 2.
 - 2. Libellum actionis offerat, tit. 3.
 - 3. Mutuam Rei petitionem expectet, tit. 4.
 - 4. Litis contestationem à Reo impetret, tit. 5.
Nec antequam eam impetrauerit, in iudicio progrediatur, tit. 6.
 - 5. Juramentum calumnie præstet, tit. 7.
 - Semetipso, quo nomine petit dilationem, tit. 8.
 - Jure, si feria incidant, tit. 9.
 - Reo, si ordinem cognitionum attendi petat, tit. 10.
 - Plus debito actor exigit, tit. 11.
 - Causa possessionis quam proprietatis prius expedienda, tit. 12.
 - Spoliatus est ab actore, tit. 13.
 - Dolo & contumacia actoris laesus, tit. 14.
 - In possessionem rei servanda causa se mitti petit, tit. 15.
 - Quid lite pendente innovatur, tit. 16.
 - Sequestratio possessionis vel fructuum secuta, tit. 17.
 - Fortè confitetur reus, & litem affirmativè contestatur, tit. 18.
 - vel quia
 - 6. Probationes vel
 - Conficiat, de quibus agitur vel in
 - Genere, de probationibus, tit. 19.
 - Specie, quoties fuerit vel per
 - Testes, eosq; vel Volentes, tit. 20.
 - Nolentes & propterea cogendos, tit. 21.
 - Instrumenta, tit. 22.
 - Præsumptiones, tit. 23.
 - Fusjurandum, tit. 24.
- Tertio de Reo, qui se defendit, vel in
 - Genere, exceptionibus variis ac prope infinitis, tit. 25.
 - Specie, prescriptionibus temporis, de quibus in tit. 26.

Quarto Commu-
nia utriq; parti
tam Actori,
quam Reo sunt

- Sententia & res judi-
cata, tit. 27.
- Appellationes, tit. 28.
- Arreptum iter vel
peregrinatio ad su-
periores, tit. 29.

Unde fit, ut sententia
utilis confirmetur, vel
inutilis rejiciatur,
tit. 30.



Primo, agitur de iudicio in genere, tit. 1.

- 1. Forum Reson. de iudicio, tit. 2.
- 2. Libellus actionis officii, tit. 3.
- 3. Mutatio Res peritiosum ex officio, tit. 4.
- 4. Litis contestationem a Res impedit, tit. 5.
- 5. Nec negotium cum impeditur, in iudicio proceditur, tit. 6.
- 6. Juramentum calumniarum per officio, tit. 7.

Secundo, agitur de iudicio per distinctionem, tit. 8.

Differetia, tit. 9.

Jure, si forte incidant, tit. 10.

Plus debet actor exigit, tit. 11.

Causa possessionis per officio, tit. 12.

Spem actoris ab actor, tit. 13.

Dolo v. contumacia actoris, tit. 14.

In possessione rei per officio, tit. 15.

Quid sit pendente innovatio, tit. 16.

Sequentia possessionis vel, tit. 17.

Fortis constitutio rei, tit. 18.

Genere de probationibus, tit. 19.

Constitutio, de probationibus agitur, tit. 20.

Specie, quoties fuerit, tit. 21.

Testes, tit. 22.

Interdum, tit. 23.

Protestationes, tit. 24.

Interdum, tit. 25.

Tertio de Res peritiosum, tit. 26.

Genere, exceptio nisi in casu, tit. 27.

Specie, peritiosum temporis, tit. 28.

Secundo, agitur de iudicio per distinctionem, tit. 8.

Differetia, tit. 9.

Jure, si forte incidant, tit. 10.

Plus debet actor exigit, tit. 11.

Causa possessionis per officio, tit. 12.

Spem actoris ab actor, tit. 13.

Dolo v. contumacia actoris, tit. 14.

In possessione rei per officio, tit. 15.

Quid sit pendente innovatio, tit. 16.

Sequentia possessionis vel, tit. 17.

Fortis constitutio rei, tit. 18.

Genere de probationibus, tit. 19.

D

Liber de iudicio, tit. 1.

Libellus actionis officii, tit. 2.

Mutatio Res peritiosum ex officio, tit. 3.

Litis contestationem a Res impedit, tit. 4.

Nec negotium cum impeditur, in iudicio proceditur, tit. 5.

Juramentum calumniarum per officio, tit. 6.

Secundo, agitur de iudicio per distinctionem, tit. 8.

Differetia, tit. 9.

Jure, si forte incidant, tit. 10.

Plus debet actor exigit, tit. 11.

Causa possessionis per officio, tit. 12.

Spem actoris ab actor, tit. 13.

Dolo v. contumacia actoris, tit. 14.

In possessione rei per officio, tit. 15.

Quid sit pendente innovatio, tit. 16.

Sequentia possessionis vel, tit. 17.

Fortis constitutio rei, tit. 18.

Genere de probationibus, tit. 19.

Constitutio, de probationibus agitur, tit. 20.

Specie, quoties fuerit, tit. 21.

Testes, tit. 22.

Interdum, tit. 23.

Protestationes, tit. 24.

Interdum, tit. 25.

Tertio de Res peritiosum, tit. 26.

Genere, exceptio nisi in casu, tit. 27.

Specie, peritiosum temporis, tit. 28.

ia
vel



idem in defectum aliarum recurritur. Et hæc de primo lib. 2. Capite, de Actore. *Secundum* libri caput jura ac defensiones Rei nobis exhibet. Cum enim defensio sit juris, & propterea cuiq; concessa, arg. l. ut vim. 3. ff. de just. & jur. non debet exordiri pro tuendo Reo à Judiciis, sed licitum ipsi est, ad elidendum perimendumq; id, quod actor ab eo postulat, eam arripere, & quo ad ejus fieri potest, actorem repellere: sequitur igitur tit. 25. de Exceptionibus, quo pertinent, & præscriptiones temporum, tit. 26. quo temporis longinqui decurso spacio se munit reus adversus actorem. *Tertium* Caput communia quædam utriq; & actori & reo recludit, primum est sententia judicis, quæ hodie post decendii, hoc est, decem dierum lapsum rei judicatæ nomine venit, tit. 27. de sent. & re judic. alterum est Appellationis remedium, tit. 28. Utrique enim litigantium sententia lata noceat, concessum est adversus illam olim intra tres dies, hodie intra decendium Appellationem interponi, qua ob iniquitatem judicis inferioris pro correctione sententiæ provocatur ad superiorem, quo facto, sententiæ vis omnis interim sopitur & quiescit. Cui Tertio non absimilis est peregrinatio ad Judicem superiorem suscepta, quamvis appellatum minimè fuerit, dummodo propterea iter arripuerit gravatus per sententiam, ut querelam de iniquitate sententiæ latæ apud superiorem moveat. Contra talem enim peregrinantem peræquè nihil interim, quod in ipsius vergat detrimentum, Judex inferior moliri potest, sed executio sententiæ suspenditur, de quo in tit. 29. de Cleric. peregrinantibus. Quo peracto Quarto deniq; sententia, vel ut utilis à superiore confirmatur, vel ut inutilis rejicitur, quo de in tit. ult. 30. de Confirmatione utili & inutili.

TABULA in librum secundum Decretalium

vid. lit. D.

Synopsis in librum tertium Decretalium.

Viso processu Judiciario, superest, ut nunc agatur hoc libro tertio de Causis, quæ in Judiciis audiri & ventilari solent. Diximus autem superius eas esse vel Civiles, vel Criminales. Civiles, quod ad forum Ec-

ia
vel



cleasticum attinet, respiciunt vel personas vel Res Ecclesiasticas, vel
 deniq; matrimonia. De his infra, lib. 4. De illis verò personis nimirum
 & rebus in præsentia. Ut autem commoda titulorum connexio mon-
 stretur, Librum hunc tertium duarum facimus partium, quarum prior
 est specialior de personis & rebus; posterior verò communior. *De prio-
 ri parte*, de Causis personas Ecclesiasticas concernentibus. Clerici sunt
 duplicis generis; nam vel seculares sese jactitant, vel regulares, qui &
 religiosi vocantur. Seculares ita sunt appellati, non quòd in diem &
 absq; regula vivant, sed quòd cum populo & multitudine propter Ec-
 cleasticum, quo funguntur, ministerium conversantur magis, quàm
 regulares & religiosi Monachi. Et hi seculares rursus sunt vel Canonici,
 vel Parochi. Cæterum de Canonico ante omnia quæritur I. Vitæ
 honestate, ut integritas morum ordinem hunc magis magisq; com-
 mendet, hinc tit. 1. de vita & honestate Clericorum. & tit. 2. de Co-
 habitatione Clericorum & mulierum, utpote quibus consortio cum mu-
 lieribus interdicitur adeo quidem, ut ne conjugium inire queant, tit. 3.
 Cumq; Clerici vel Canonici, ut plurimum Ecclesiæ & Ecclesiasticis
 muneribus vacent, ut ex alio vitæ genere non ausint quicquam, unde
 alantur, acquirere; Constitutum est, ut qui altari inserviunt, de eo et-
 jam vivant, unde prospicitur illis de redditibus Ecclesiæ. Proximum igitur
 est, ut secundo loco agatur de Clericorum præbendis, quo nomine
 infinitæ lites inter illos frequentantur. Est autem præbenda (unde Ger-
 mani suum *Pfründ* per contractionem deduxerunt) nihil aliud, quàm
 Ecclesiasticum beneficium, quod in Compensationem divini officii
 confertur, tit. 4. de Præbendis & Dignitatibus. Additur vox dignitatis,
 quia omnes Clerici in dignitate Constituti esse dicuntur, c. deniq; Di-
 stinct. 4. Videndum autem est, ut præbenda & rectè conferatur, & rectè
 instituatur. Confertur, non nisi residentibus in Ecclesia, non etiam ab-
 sentibus, tit. d. 4. & 5. Inter absentes autem non referuntur ægroti; illi
 enim integrè percipiunt fructus præbendæ suæ, cum per illos non stet,
 quo minus muneris sui functionem obire queant, tit. 6. Quoad institu-
 tionem præbendarum, videndum est, ne plures assignentur, quàm Ec-
 clesiæ facultates sunt ferundo, tit. 7. de Institutionibus subaudi præben-
 darum.

darum. Fiunt autem ejusmodi institutiones, vel de facto, vel de jure: De facto, 1. quando defertur alteri, altero adhuc vivente, hinc tit. de concessione præbendæ non vacantis, 8. 2. si sede vacante, tit. 9. & 3. si sine consensu Capituli, tit. 10. De Jure verò, 1. si sede vacante fiant de majori parte Capituli, tit. 11. Est autem Capitulum Canonorum Collegium, & veluti Senatus quidam vel Curia Ecclesiæ, Can. Ecclesiæ 16. quæst. 1. 2. Quando infra sex menses post obitum alicujus Canonici sine diminutione reddituum alteri conceditur præbenda, tit. 12. Ordo nunc postulare videbatur, ut antequam ad res Ecclesiasticas fiat transitus, causas ad ipsas personas pertinentes absolvamas, dicendo de Parochis & regularibus. Verum quia Clerici illi, qui Canonici dicuntur, & Capitulum constituunt, magis curam gerunt rerum Ecclesiasticarum præ parochis & religiosis; Hinc visum fuit Compilatori Decretalium prius tractare de rebus Ecclesiasticis, & postea de personis parochorum & regularium, quæq; illis adherent juribus. Quaritur igitur de Rebus Ecclesiasticis, vel in genere vel in specie, in genere tit. 13. de rebus Ecclesiæ alienandis. nec ne. Interim hoc loco monendi sumus, alienationis verbum accipi nimis generaliter, etiam pro contractu, quo non rei dominium, sed vel commoditas ejus, vel jus quoddam transfertur & mutatur; idq; fit vel dispositione inter vivos, vel contemplatione mortis. Inter vivos rursus alienantur, vel res Ecclesiæ, vel singulorum Clericorum; de illis prius, de his posterius. Inter vivos alienantur res Ecclesiæ ex variis contractibus & distractibus, contractibus vel principalibus, vel accessoriis. Principalibus, vel re, vel consensu constantibus. Re quidem, vel usus rei tantum, vel custodia ejus, vel possessio, vel dominium: Usus rei, ut 1. fit in precariis, tit. 14. Sunt autem aliud precariæ, aliud precaria, & aliud precarium. Precariæ sunt, quibus usus rei ita conceditur, ut ejusmodi concessio de quinquennio in quinquennium duret, & sic post singula lustra renovetur contractus precariarum. Precaria est, qua usus rei in alium quidem transfertur ad vitam, post mortem verò concedentis finitur. Precarium tandem est, quo usus rei ita conceditur, ut ad libitum concedentis semper revocari possit. 2. Usus rei porrò transfertur & per commodatum, tit. 15. Custodia, per depositum, tit. 16. Possessio rei consensu,

fu, ut per emtionem - venditionem, tit. 17. per locationem, tit. 18. per
 r. m permutationem, tit. 19. Dominium deniq; idq; utile, ut vulgò
 vocatur, in primis per feuda, tit. 20. Accessoriis contractibus fit aliena-
 tio, puta, per pignora & cautiones alias, tit. 21. perq; fidejussores, tit. 22.
 Distractibus tandem alienantur res Ecclesiæ, per solutiones, quæ nihil
 sunt aliud, quàm modi tollendi contractus, id est, distrahendi, tit. 23.
 Quo ad extremum refertur & donatio, tit. 24. quæ ideò postremum lo-
 cum hic occupat, quia omnium est rarissima, juxta illud Johannis Gi-
 rardi distichon: *Nostri in jure docent Doctores fortiter omnes,
 Perdere donare est; hinc ego perdo nihil.*
 Res seu peculium Clericorum deq; eo dispositio meritò adjicitur acti-
 bus inter vivos: quia Clerici regulariter quicquid post mortem suam
 relinquunt, Ecclesiæ, cui sunt suppositi, relinquitur, paucis exceptis;
 hinc tit. 25. de pecul. Cleric. Mortis contemplatione res Ecclesiæ tandem
 alienantur vel per testamentum & ultimas voluntates alias, tit. 26. vel
 ab intestato, tit. 27. vel per sumtus funebres, tit. 28. de sepulturis. Secu-
 lares Clericos, quia supra non solum diximus esse rursus vel Canoni-
 cos, vel Parochos; hinc Canonicis, de quibus hactenus missis, sequitur
 nunc de Parochis. Circa quos etiam consideratur vel eorum officium,
 vel beneficium. Officium vocatur Parochia; hinc de Parochiis est tit. 29.
 quæ vox est ex Græco *παροικία*: Veteres enim Parœcias nuncupabant il-
 las Ecclesias vel templa minora, quæ in vicis vel villis habentur, singu-
 lis presbyteris assignatæ in cujusq; Episcopi Diœcesi, ut placet Duar. de
 Sacr. 8. Eccles. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 7. quasi dixeris templa sive Ca-
 pella juxta templa Dominica & majora (*Domfirchen*) posita, pro Villi-
 canis & rusticis, ne longius abeundo ad faciendam rem divinam inte-
 rim à rusticis operis abstraherentur. Beneficium ad parochos, unde su-
 stentantur, pertinens sunt Decimæ ex auditorum villis, & primitiæ cæ-
 teraq; oblationes aliæ (*Opffer*) de quibus in tit. 30. Sunt autem Deci-
 mæ decima pars non solum fructuum terrâ nascentium, sed etiam de-
 cima pars omnis quæstus atq; lucri undecunq; à laicis honestè quæsi-
 ad sustentandum parochos, & ut laboris impensi justam mercedem ac-
 cipiant.

IN JUS CANONICUM.

41

cipiant. Duar. de sacr. Eccl. d. lib. 7. c. 1. Primitiæ sunt primi fructus ex agro noviter cultø suscepti, ad quorum tamen non æquè, ut decimarum præstationem tenetur populus, nec cogi potest, Duar. d. loc. cap. 2. Oblationes in genere dicuntur, quæcunq; à piis ac fidelibus Deo & Ecclesiæ offeruntur, sive sint res soli, sive mobiles. Expositis Secularium Clericorum Juribus atq; Causis, transit porrò Compiler ad Regulares seu religiosos, de quibus tria potissimum veniunt attendenda, I. Est voluntaria electio ad Monachatum, propterea quod nemo cogendus sit invitus, tit. 31. de regularibus, & transeuntibus (scil. voluntariè) ad religionem; ut tamen si vel sint conjugati, vel infideles ante omnia sese liberent à matrimonio, & Christianam fidem recipiant, tit. 32. De conversione Conjugatorum, & tit. 33. de conversione infidelium. II. Non sufficit voluntarius transitus ad religionem, vel ingressus in monasterium, sed & professionem faciant oportet monasterio, qua post annum foveant tandem castitatem, paupertatem & obedientiam, & per illam professionem fiunt Monachi, unde tit. 34. de voto (scilicet monastico) & voti redemptione, & tit. 35. de statu Monachorum. III. Ut illis satisfaciant, includendos esse visum fuit peculiaribus, & à congregatione & commercio hominum separatis ædificiis, in quibus vel habitant, & religiosæ domus vocantur, tit. 36. vel precibus & divinis officiis vacant, ut sunt illorum capellæ, tit. 37. Et tandem de priorè parte hujus libri tertii. Sequuntur nunc in posteriore parte Communia omnibus Clericis, quotquot horum facta est mentio in priori. I. Autem est Jus Patronatus, tit. 38. nomen suum accipiens à patrono, qui de Jure Can. appellatur is, qui in suo fundo vel solo sacramædem fundat, extruit, dirutam collapsamq; restituit, vel ad refectionem, extructionem, ministeriũ, tutelam redditum vel vectigal certum largitur. Duar. de sacr. Eccl. lib. 5. c. 4. Quæ ædificia, quia post consecrationem fiunt sacra & juris divini; hinc dominus eorum patronus non permanet, sed vocatur patronus magis quàm dominus. Sunt autem patroni in aliqua differentia. Nam vel Ædes sacras ædificandas curant, vel ædificatas dotant, & redditibus donant, vel censibus: pro quibus donariis in Ecclesiã collatis ipsi vicissim honorantur tanquam patroni, & jus patronatus retinent, tit. 38. licet tantum census aut redditus certos constituerint, tit. 39. de cen-

F

sibus.

sibus. Additur rubricæ: exactionibus & procurationibus; quia exactiones sunt, quæ extra ordinem petenti & exigenti Ecclesiæ penduntur. Procurationes verò vocantur sumtus, qui Ecclesiæ ministris & visitatoribus debentur, c. procurationes. h. tit. Quod si patroni ædificia extruiverint; solet de eorum rursus quarri vel consecratione, suscipienda vel ob ædem sacram, vel in æde sacra. Ob ædem sacram, ut consecrentur prius Deo, quàm divina in ea celebrentur, tit. 40. de Consecr. Eccl. Nam Ecclesiæ vox hoc loco significat locum in quo sacra peraguntur, & ubi solent fideles convenire; vel de his, quæ in Ecclesiis expediuntur, ceu sunt, in primis ea sacra, quæ revera talia sunt, uti Sacramenta, eaq; vel Eucharistiæ, ut fit in celebratione missæ apud pontificios, tit. 41. vel Baptismi, tit. 42. 43. quibus rursus communis est tit. 44. de custodia eorundem. Vel revera talia non sunt, sed pro sacris sunt conficta, ut reliquiæ sanctorum, tit. 45. observatio jejunii, tit. 46. & purificatio post partum, tit. 47. II. Commune est de Ecclesiis ædificandis & reparandis, tit. 48. & immunitate earundem & cœmiteriorum, & id genus aliorum locorum, tit. 49. III. Commune Clericis omnibus tam secularibus & parochis, quàm religiosis Monachis in primis observandum, ne secularibus negotiis sese immisceant, tit. 50.

TABULA in librum tertium Decretalium


vid. lit. E.

Synopsis libri quarti Decretalium.


Quamvis matrimonium in se spectatum negotium merè est civile, deq; eo etiam agit Jus Civile ex professo in Digestorū, lib. 23. & seqq. Codice lib. 5. & originem suam trahit à jure naturali, in pr. Institut. de jur. nat. gent. & civ. Pontificii tamen non destiterunt matrimonium, & ejus controversias ad suas partes pertrahere, in hunc potissimum finem, ut quibus non licet ob legitima impedimenta matrimonium inter sese contrahere, hoc per dispensationem pecuniâ persoluta à Pontifice impetrent. Unde factum, ut totus hic liber matrimonio ejusq; incidentibus controversiis variis sit relictus. Sunt matrimonium vel nuptiæ duplices, primæ & secundæ. Primas vocamus, quæ celebrantur ab eo, qui an-

tea

E
Liber
tertius
est de
Causis
concer-
nentibus
Clericos,
qui sunt
vel



His
omnibus,
nullo ex-
cepto,
quedam
sunt com-
munia, ut
sunt



tea in matrimonio non vixit, de quarum rursus quaritur vel constitutione, vel impedimentis, vel effectu, vel dissolutione. I. Constituuntur Nuptiæ sponsalibus, iisq; vel purè initis, absq; annexa conditione, vel sub conditione. De sponsalibus puris agit, tit. 1. quæ rursus sunt in duplici: vel enim licitè fiunt & conceduntur etiam impuberibus, tit. 2. vel illicitè ineuntur, ut *Clandestina*, tit. 3. vel si sponsa duobus nubat, tit. 4. Quæ verò sub conditione fiunt, de iis est, tit. 5. II. Impedimenta Nuptiarum utut infinita afferri possint; tamen Pontifex secundo loco retinet & recenset hic potiora, & vel sunt apparentia tantum, vel vera. Inter apparentia referuntur, 1. Clerus: illud enim non nisi certo modo Clericis permittit matrimonium, tit. 6. 2. Adulterium ante perpetratum, tit. 7. De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit ante per adulterium. 3. Leprositas. Licet enim rectius facerent leprosi, ut abstineant à matrimonio, tamen certis de causis indulgetur illis, tit. 8. 4. Servitus, quæ etiam non magnopere obstat Christianis, quo minus nuptiis servi copulentur, tit. 9. Loquimur autem hoc loco de iis, qui verè sunt servi, non qui nati sunt ex libero ventre, quorum libertas obscurior est, tit. 10. Vera autem impedimenta nuptiarum produnt sequentes tituli, in quorum numero primum est cognatio, quæ cum non sit unius generis, sed secundum Canones multiplex, alia simplex, alia mixta; de simplici hinc prius, de mixta posterius. Simplex rursus est in differentia. Nam vel est Spiritualis, quæ per sacrosanctum baptismum contrahitur, ita ut susceptorem, quam suscepit ex sacro fonte venientibus annis non ausit de jure pontificio in matrimonium sibi poscere: obstat enim hæc spiritualis vel magis imaginaria cognatio, qua susceptæ factus est pater spiritualis ipse susceptor, & hæc illius filia. Et hujus cognationis extant vestigia (mirùm) in jure nostro Civili l. si quis alumnam. 26. C. de nupt. Credibile enim est, hunc morem fluxisse ex Ecclesiis Græcorum, utpote magis, quàm nationes aliæ fuerunt, superstitiosorum, cum autor d. l. 26. sit Justinianus, quam ut amplior esset pontificibus dispensandi campus ambabus illi manibus amplexi sunt, tit. 11. vel simplex cognatio est legalis, quam ex legibus civilibus, unde nomen accepit, introduxit Adoptio inter patrem adoptivum & quam adoptavit. t. t. ff. C. & Inst. de adoptione.

nec non §. 1. & 2. Instit. de nupt. tit. 12. Mixta cognatio ea dicitur, quam conciliat & jus naturale, i. e. sanguinis & civile, quatenus approbatum & informatum illud est in melius à Jure Civili, quale est inter consanguineos & agnatos alios, vel affines, de qua cognatione differunt, tit. duo 13. & 14. Alterum impedimentum Nuptiarum verum est Impotentia, quam vel nimia frigiditas, vel maleficium (*Zauberey*) in homine causatur, tit. 15. Tertium est interdictio matrimonii, quæ fit ab Ecclesia ex qualibet justa causa, tit. 16. Impedimentis illis remotis proximè nunc sequitur III. De Effectu nuptiarum, qui præcipuus est procreatio liberorum legitimorum, ut repleatur civitas non spurio vel adulterino fœtu, sed justis liberis ex justo matrimonio susceptis, tit. 17. IV. Cum hætenus satis superq; dictum sit de nuptiis constituendis & earum effectu; nihil restare videtur amplius, quàm ut videamus etiam de dissolutione earundem, quo contraria contrariis opposita magis elucescant. Constitit igitur nuptiarum vel matrimonii dissolutio in præparatoriis, in ipso actu, & in consequentibus utrumq;. Præparatoria sunt dissolvendi matrimonii accusatio & processus criminalis, quo de in tit. 18. de accusationibus, &c. actus ipse dissolutionis hujus est divortium, de quo in tit. 19. Et deniq; Consequentia dissipati matrimonii sunt; ut restituantur, quæ à sese invicem receperunt conjuges, viro quidem donatio propter nuptias, mulieri vero dos illata, tit. 20. His ita de primis Nuptiis allatis, tandem in finali titulo 21. de secundis Nuptiis agitur.

TABULA in librum quartum Decretalium
vid. lit. F.

Synopsis in librum quintum Decretalium.

Sicut in Jure Civili Criminum tractatio postremum locum in materiis Juris occupat: simili modo Pontifex in Jure Canonico fieri voluit, quod suadere visa est dignitas aliarum materiarum & honestas, quæ non immerito *πρωτοκλήσιαν* & prævalentiam præ odiosis criminalibus obtinet. Sunt autem hujus libri duo Capita, quorum prius est de variis criminibus & eorum poenis diversis; posterius continet generalissima
juris,

causam


latus capite concubitus & impudicitia, tit. 2.
 inter vel
 hinc si concubantur vel
 Claustrum, tit. 3.
 hoc dicitur, tit. 4.
 vel alio contrahendo, tit. 7.
 Clero, quod non a minoribus clericis permissis matrimonium, tit. 6.
 Adulterium ante perpetuum, tit. 7.
 Lex, tit. 8.
 Sponsus, tit. 9. & que exoritur, nam ex libero concubitu, tit. 10.
 Sponsus, tit. 11.
 Sponsus, & vel
 Legatus, tit. 12.
 Sponsus, ex iure legitime & civiliter, tit. 13. & 14.
 ex frigore vel maleficio, tit. 17.
 matrimonium ab Ecclesia, tit. 18.
 in solutione, quibus sunt accusatio & processus in iudicio, tit. 19.
 in iudicio, quod est Divortium, tit. 19.
 Divortium inter virum & uxorem, tit. 20.
 Divortium, quibus sunt, Restitutio
 Sponsus Dotis, tit. 21.

Ex legitime nuptiis
 vel viri suo ducantur
 fit, ut nuptiis fit
 legitime, tit. 17.



Liber Quartus Decretalium.

F
 Liber Quartus
 inservit totus
 Matrimoni-
 ve Nuptiarum
 variis expli-
 candis in eo
 causis. Et sunt
 Nuptie vel



Liber Quartus Decretalium

Secunda, que claudunt hunc librum dicitur tit. 2. c. 1. in fine.

Esse non in dissoluto, in quibus certum est, c. 1.

Consequenter dicitur, que sunt, Rescriptio, tit. 19.

Donationis inter vivos c. 1. in fine, tit. 20.

Propter ista rationem, quibus sunt accipere c. 1. in fine, tit. 18.

Interdicitur matrimonium ab Ecclesia, tit. 16.

Impotentia ex frigida vel masculo, tit. 17.

Quod sit, que sunt, tit. 15. c. 1. in fine.

Cognatio, que sunt, tit. 12. c. 1. in fine.

Sexus, tit. 9. in fine, etiam de libero conu. tit. 10.

Lex, tit. 8.

Adhuc sunt ante per petentiam, tit. 7.

Quod non, in fine, ceteris per se, tit. 6.

Sub Conditione vel alio contrahit, tit. 7.

Et de conditionibus, tit. 4.

Et de conditionibus, tit. 4.

Et de conditionibus, tit. 4.

Primo, que sunt, tit. 1.

Et in preteritis, quod si mo-
dis vel

Liber Quartus
in fine totus
Abbatibus
de Nativitate
etiam ex
causa in co
causa. Et sunt
Nativitas

Ex legibus, que sunt, tit. 17.



Liber Quartus Decimus

Primo de quibus
et per quos
Sub Conditione

Constitutio in re donativa, nisi vel in re

Apparitionibus in spectantibus
tur, et

Et in impediendis, quod sit in re
de vel

Cognatio

Veris, etiam

Impotentia

Intruditione

Proprietas

Dignitas

Consequenter

Esse in re in esse, in quibus certum est

Secundo, que claudunt bene hanc partem in re, et in re.

Primo de quibus
et per quos
vel in re

F

Liber Quartus
de rebus
de rebus
de rebus
de rebus
de rebus
de rebus
de rebus

juris, explicantia non minus, quàm in Digestis Civilibus factitatum est, tum verborum in Jure Canonico passim occurrentium significationes non omnibus obvias, tum regulas quasdam Juris Canonici non adeo per reliquas ejus partes innotescentes. Cum igitur Crimina considerentur à Jurisconsultis quo ad poenas criminosis infligendas, ne delicta maneant impunita; Soliciti debent esse & Clerici Judices, ne vel innocentes condemnent, vel nocentes absolvant, sed ut hac in parte sacrosanctæ Justitiæ satisfiat, quæ vult ut suum cuiq; ex meritò tribuatur, res omniù expeditissimè sic instituitur, 1. ut Accusatores audiantur, 2. in corpus delicti inquiratur, 3. dignis modis crimina puniantur. *De Primo.* Accusationis dictione non solum querela solennis, quæ fit à persona accusatoris ad Magistratum, & accusatio propriè dicitur, sed & omnis inquisitio alia & denunciatio, vel fama vel alia causa justa præcedente suscepta, dummodò veritate nitantur. Unde est ut accusatio sit duplex, vera alia, alia falsa, de vera est tit. 1. de falsa tit. 2. nimirum de Calumniatoribus. Est enim Calumniator is, qui falsa crimina intendit, tit. 1. ff. ad S. C. Turpill. Alterum Caput sunt ipsa crimina, quæ committuntur vel in Ecclesiam, vel Rempublicam. In Ecclesiam, cum vel circa ejus bona delinquitur, vel circa doctrinam. Circa bona, ut primò fit per Simoniam, tit. 3. 2. per locationem officii pro certa mercede, quod fit, si prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu alii concedant, tit. 4. 3. per exactionem pro docendi munere in Ecclesia, quod debet esse gratuitum, tit. 5. Circa doctrinam cœlestem, cum impugnatur vel à Judæis & Saracenis, tit. 6. vel aliis hæreticis, tit. 7. aut schismaticis, & ab his ordinatis, tit. 8. vel deniq; ab Apostatis & iterantibus baptisma, tit. 9. In Rempublicam verò committuntur crimina, si vel cives offenduntur, vel Clerici luxuriantur. Cives offenduntur rursus vel in personis, 1. si vel tollitur vita hominis, ut si pater filium suum occidat, tit. 10. vel infantes exponat, tit. 11. vel extraneum quemq; interficiat alium, tit. 12. sive in torneamentis (*Ritterspielen*) tit. 13. sive in duello, tit. 14. vel sagittarum exercitio, tit. 15. Vel 2. pudicitia læditur vel sine violentia & raptu, tit. 16. vel cum raptu violento, cui crimini annectuntur & incendiarii, & violatores Ecclesiarum, tit. 17. In bonis vel ratione bonorum offenduntur

F 3

Cives,



Cives, vel ablatione illorum, vel diminutione; ablatione, ut per furtum, tit. 18. diminutione, ut per exactiorem usurarum, tit. 19. per crimen falsi, tit. 20. per sortilegia (Zauberey) tit. 21. vel per collusionem, quæ postea detegitur, tit. 22. Quibus in genere accedit, tit. 23. de delictis puerorum, cum non rarò ad crimina commemorata delinquentes utantur pueris. Luxuriantur Clerici in Reipubl. perniciem vel minores, vel majores, Minores vel dum sunt adhuc in officio, puta si 1. dediti sint venationibus, tit. 24. vel violentis percussionibus, tit. 25. vel maledicæ linguæ, tit. 26. vel si sint excommunicati, vel depositi, tit. 27. vel nondum ordinati, tit. 28. vel per saltum promoti, tit. 29. vel si ordinem furtivè sunt consecuti, tit. 30. Majores verò Clerici, cujusmodi sunt Prælati delinquent, sive (ut lenissime dicam) luxuriantur, vel in genere, vel in specie. In genere tit. 31. de Excessibus Prælatorum. In specie, ut si Prælati contra jus & æquum ædificant templa, ob quod illis nunciatur novum opus, tit. 32. De privilegiis eorundem & excessibus, qui contra privilegia committuntur est, tit. 33. Tertium Caput est de pœnis hactenus enumeratorum criminum atq; excessuum. Sed cum quædam fiant clam & difficulter probari possint, quædam verò apertè; Hinc aliter animadvertitur in suspectos, aliter in legitimis probationibus convictos. Nam suspectos purgationem oportet subire; Convictos pœnam. Quare sequitur tum de purgatione, tum de pœna. Purgatio est duplex, vel Canonica, vel vulgaris, de Canonica est tit. 34. quæ fit per juramentum, imponiturq; suspecto de facinore, ut ipse interventu juramenti conscientiam suam aperiat, & veritatem dicat, se talem non esse, & habeat alios compurgatores, quibus notus sit, quiq; jurent de credulitate, se credere suspectum & diffamatum rectè jurasse. De vulgari est, tit. 35. Fiebat hæc purgatio olim per duellum, quo de multa in jure nostro Saxonico, sed abolita, per gestationem ferri candentis, perq; submersionem in aquam. (quod in Jure Saxon. das Wasser Urtheil vocatur) Sed quia his purgandi modis Deus tentari visus est; sublatis sunt ad unum, omnes & prohibiti. Communis his duobus titulis titulus de injuria & damno 36. Nam quando se juramento præstito purgant, liberum ipsis relinquatur, utrum velint injuriam sibi illatam vindicare adversus diffaman-

I. Decretum Gratiani

De iudicio, tit. 1.

De iudicio, tit. 2.

De iudicio, tit. 3.

De iudicio, tit. 4.

De iudicio, tit. 5.

De iudicio, tit. 6.

De iudicio, tit. 7.

De iudicio, tit. 8.

De iudicio, tit. 9.

De iudicio, tit. 10.

De iudicio, tit. 11.

De iudicio, tit. 12.

De iudicio, tit. 13.

De iudicio, tit. 14.

De iudicio, tit. 15.

De iudicio, tit. 16.

De iudicio, tit. 17.

De iudicio, tit. 18.

De iudicio, tit. 19.

De iudicio, tit. 20.

De iudicio, tit. 21.

De iudicio, tit. 22.

De iudicio, tit. 23.

De iudicio, tit. 24.

De iudicio, tit. 25.

De iudicio, tit. 26.



Liber Doctoralium Quinque

1. In nomine domini Amen. De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

De generatione hominum, qui dicitur...

Primo de...

In fine de...

In fine de...


In fine de...

De...

Liber Decretalium Quintus.

G
 Liber
 Quintus
 continet
 duo potif-
 simum
 Capita

Primum de Cri-
 minibus & eo-
 rum poenis, que
 considerantur
 vel



Liber Decretalium Quintus

In genere de homicidiis, que dicitur etc.
F. de quibusdam homicidiis, in 2.
F. de homicidiis, in 1.

In Ecclesia, occidit etc.
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

In specie de homicidiis
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

Officium
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

In bonis, etc.
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

Clarum in
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

Ad hoc, etc.
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

In specie de homicidiis
F. de homicidiis, in 1.
F. de homicidiis, in 2.

tit. 32.



40.
 mantes ac delatores, & damni, quod inde passi sunt, restitutionem po-
 scere. Visa purgatione, restant criminum pœnæ. Pœna criminum est
 vel ordinaria, & Civilis vel Canonica. Civilem & ordinariam in delin-
 quentes statuere penes magistratum Ecclesiasticum non est, sed si tam
 atrox delictum deprehenditur à Clerico designatum, ob quod pœna ca-
 pitis locum habet, traditur Reus Judici seculari, tit. 37. Canonica vel
 Ecclesiastica pœna est, cujus imponendæ potestatem habet Ecclesia; &
 est vel minor vel major pro modo delicti; minor, ut pœnitentia; Unde
 tit. 38. de pœnitentia & remissionibus. Major, ut excommunicatio *de*
Bañ/tit. 39. de Sent. Excōmunicator. In calce deniq; pro recapitulatione
 eorum omnium, quæ in libris hisce quinq; partim extant, partim etiam
 omissa sunt, subjiciuntur duo tituli communissimi de verb. signif. & Re-
 gulis Juris, quibus totum hoc Decretalium volumen clauditur. Quod
 ad modum allegandi attinet, is planus & perspicuus est, & sic fieri con-
 suevit, v. g. c. cum contingat. Extra, de jurejur. Vox autem extra non
 tota literis scribitur in allegatione, sed indicatur hoc signo x̄. Et signifi-
 cat vox Extra, quod allegatus textus, Extra Decretum primum Juris
 Canon. volumen in Decretalibus, inq; quinq; hisce prioribus libris
 extet, non etiam in Sexto Decretalium. Nam qui ex sexto Decretalium
 libro depromuntur textus, non minus quidem indicantur initiali verbo
 Capituli, ut c. quamvis. de pact. in sexto, ita ut pro voce Extra seu ejus
 notâ, in 6. reponi soleat.

TABULA in quintum Decretalium librum
vid. lit. G.


Sextus Decretalium

CLEMENTINÆ & EXTRAVAGANTES.

it. 32.
NOtandum, quod eadem sit ratio connectendi titulos in reliquis hi-
 sce voluminibus, quæ monstrata est in quinq; Libris Decretalium,
 ita ut qui Ordinem Decretalium tenet, is & horum librorum seriem sa-
 tis habeat cognitam perspectamq; , prout ex *aviso* *ψια*, & inspectione ho-
 rum voluminum trium videre est. Supervacaneum igitur esset atq;
 radio-

tædiosum, Cramben hic bis ponere. Sufficit hoc duntaxat annotasse, quod in Decretalibus prioribus plures deprehendantur tituli, quàm in hisce tribus posterioribus voluminibus, propterea quod plura negotia suppeditaverint plures etiam titulos rerum à prioribus Pontificibus decisarum. Quare cum in sequentibus libris nec illa repetenda erant, nec etiam aliter fuerat in illis tractu temporis observatum; Factum est, ut ad evitandam ingratam reiterationem atq; tautologiam, tituli nonnulli fuerint in posterioribus hisce Juris Canonici partibus omittendi.

FINIS.

*Errata ex præcipitanti præli incurrerunt sequentia.*


- In pag. 7. lin. 25. deleatur, sive.
 pag. 8. post tab. in lin. 5. deleatur, vox canonis.
 pag. 10. lin. 18. pro deferunt, lege deferunt.
 pag. 11. lin. 25. pro habent, lege habet.
 ead. pag. & lin. pro despiciunt, lege despicit.
 ead. pag. lin. 26. pro qua, lege &.
 pag. 12. lin. 31. pro jam, lege tam.
 pag. 14. lin. 6. pro ne, lege in.
 ead. pag. lin. 24. pro non, lege etiam.
 ead. pag. lin. 26. dele honores, & lege conferendi.
 pag. 15. lin. 22. lege nequaquam, & repellendos.
 pag. 18. lin. 27. post vocem, evidenter, dele punctum.
 ead. pag. lin. 32. pro quot, lege quod.
 pag. 23. lin. pro ipsus, lege ipsos.*

*Si quæ occurrunt alia, æquanimis Lector
 amicè quæso corrigat.*







Handwritten text on the top edge of the book cover, including the letters 'rb' and 'as'.





Handwritten text on the top edge of the book cover, including the letters 'hb' and 'as'.







Handwritten text in a Gothic script, likely a library stamp or title, visible along the top edge of the page. The text is partially obscured and difficult to decipher, but appears to include words like "bibliotheca" and "Sachsen-Anhalt".













153989

ULB Halle 3
003 260 577



R

VD 17



13.
3

SYNOPSIS
CANONICUM
PREFATIUM,

ARTES,
ORIGINEM, HISTORIAM, VA-
RIETATEM & INCREMENTUM EJUS APE-
LUMINUM PER SINGULAS HORUM SE-
CTULOS, SCOPUM & SUMMAS, NEC NON
VARIETATEM IN GENERE, QUAM SPECIE PRO JU-
STITIA DILUCIDE MONSTRANS,

Adornata
A AC STUDIO
H M U C K I I Sulâ - Henne-
dectarum Professoris in Acade-
mia Lipsiensi.

Regio S. Cas. Majest.
P S I Æ,
Johann Chüreri, & Matthiæ Götzii.

Anno
MDC. XXXI.

